**Tertio** sciendū ꝙ Aristo. in tertia ꝑte huiꝰ capituli intendit talē cōclusionem. oīa mixta circa mediū ex nā sunt cōposita ex q̄ttuoꝛ elementis. ꝓbat inductiōe τ ratiōe. inductione sic. pɔimo de terra. qꝛ ipa ē locus naturalis mixtorum existentiū circa mediū. ergo est in ipis. d̄ aqua pɔobat dupl̄r. primo qꝛ opoꝛtet alia mixta eē terminata qd̄ non pōt fieri sine aqua. Scd̄o qꝛ nisi eēt ibi aqua terra flueret. de igne τ aere probat qꝛ mixta sunt ex terra τ aqua. igitur ex igne τ aere. ꝓbat ɔñam. qꝛ generatio debet eē ex ɔ̄rijs: modo ignis τ aer contrariantur aque τ terre. rōe sic. Ex eisdē sumus ex q̄bus nutrimur. ſꝫ nos nutrimur ex quattuor elementis. igitur sumus ex quattuor elem̄tis. minorē ꝓbat qꝛ plante nutriūtur ex quattuor elementis. igr̄ τ q̄dlibꝫ mixtū circa mediū existens. añs ꝓbat signo. qꝛ rustici volētes plātas irrigare miscēt aquaꝫ stercoribus. Ex his infert ꝙ rōnabile est magis ignem nutriri ꝗ̄ quattuor elementa. ꝓbat qꝛ q̄cq̄d nutritur. nutritur ꝑ foꝛmā. ſꝫ ignis inter alia elem̄ta hꝫ magis rōneꝫ foꝛme eo ꝙ naturaliter fertur ad extremum mūdi. foꝛma eni erit supremū τ terminꝰ omniū: rñsalis.

**Cōclusio** rñsalis. qualitates p̄me nō sunt pɔincipia effectiua gñatiōis mixti ex quattuor elementis. patet quia nullum accidens est pɔ̄icipium ꝓductiuum substātie.

**Primo** dubitatur. Utrū trāsmutationuꝫ nāliū sint q̄ttuoꝛ pɔ̄icipia. s. mālē formale efficiēs τ finale. Ad soluendū hoc dubium est supponēdū ꝙ Aristo. i h̄ scd̄o tractatu determinat de causis trāsmutationis. τ diuiditur in tria capitula. In p̄mo ōndit q̄t sūt pɔ̄icipia trans/

mutationū. ⁊ intendit quinq̄ ɔclusiones ¶ Pria tangit vnā cōpatione. inter ppe ua ⁊ corruptibi/lia. q₂ in vtris q̄ repiuntur duo vel tria pncipia. s. materia forma ⁊ efficiens. ꝙ i gn̄atiōib⁹ repiat materia ꝓbat ponendo talē distictionē. entiū qdā sūt sp. alia nūq̄. alia vo qn̄q₃ sunt. alia qn̄q₃ non sūt. vt sūt gn̄abilia ⁊ corruptibilia. igr̄ i ipis o₃ eē materiā q̄ sit susceptiua taliū trāsmutationū. materia. n. est principiū quo quis pōt eē ⁊ non eē. ꝙ requiratur forma: ꝓbat q₂ finis est pricipum generationis. s₃ finis ⁊ forma idē sunt. igitur requirit forma. 2⁹ q₂ forma ērō vnuiuscuiusq̄ sube ideo ē principiū. generatiōis. ¶ 2ᵃ cōclusio tāgit duas opiniōes antiq̄ꝝ de cā efficiente. ⁊ dr̄ p̄mo ꝙ antiqui aliq somniauerūt de cā efficiente. s₃ nullus eoꝝ sufficienter dicit quid ip̄a sit. Prima opinio fuit platonis ponentis nās sp̄erū ydeas esse cās agentes. ⁊ dicebat particulares res fieri per participationem ⁊ susceptionē istaꝝ ydearum ⁊ corrumpi p obiectionem illaꝝ. Alia opinio fuit dēmocriti ⁊ leucipi dicentium mā₃ eē cā₃ generationū. dicebāt. n. ꝙ corpora idiuisibilia cōgregabāt se ⁊ disgregabāt se. ⁊ p talē cōgregationē ⁊ disgregationē. dicebāt fieri generationes ⁊ corruptiones ¶ 3ᵃ cōclusio tāgit reprobationē istaꝝ opinionū. Primā opinione₃ reprobat duabus rationibus prima est. idee s̄m platone₃ semꝑ fiunt ⁊ materia semper est disposita. ergo non pōt assignari ratio q̄re quādoq̄ sunt gn̄ationes ⁊ quādoq̄ nō. 2ᵃ rō q₂ pp illas ydeas videm⁹ alias cās requiri ad agēdum. vt ad sanitatē reqrit̄ medic⁹. ad doctrinam reqritur doctor. igitur ydee nō sūt sufficiētes cāe agentes. De scd̄a opinione dicit ꝙ est magis nāt̄ q̄ p̄ma. In oibus. n. siue nālibus siue artificialib⁹ assueti sumus dicere: hoc ē efficiens quod est principium motus. Sed ista opinio deficit tripliciter primo quia materie est pati ⁊ moueri. alterius vo cause est mouere ⁊ agere. aqua. n. ex seipsa non facit animal nec lignu₃ lectū. 2⁹ deficit ꝙ relīqt pricipaliorē partē. s. formā. 3⁹ deficit ꝙ attribuūt potentias actiuas ⁊ passiuas elementis. ⁊ relinquunt causas celestes que sunt cause pricipaliores. ¶ 4ᵃ ɔclusio tāgit tertiā opīonē cū ei⁹ reprobatōe. ⁊ ē hec. qdā dixerūt oia fieri aut corrumpi cōgregatione aut segregatiōe: q₂ calidi est disgregare. ⁊ frigidi ē ɔgregare. ideo ponebāt calidū ⁊ frigidū esse cās agentes: sed hec opinio deficit tripliciter. p̄mo. q₂ ignis ⁊ alia elemēta sunt solum mouentia mota h̄ntia mouētia immobilia priora ipsis. 2⁹ ꝙ attribuūt actionē causis instrumētalibus ⁊ relinquunt cās principales: ⁊ est sīle ac si diceret securim vel aliqd̄ istrumētū eē cā₃ p̄ncipalē actōis. 3⁹ deficiunt q₂ ignis ⁊ qlib₃ cā instrumētalis si nō dirigeret̄ a p̄ncipaliori agēte deterius se h̄ret q̄ aliqd̄ artificialiu₃ eo ꝙ corrumperet ista mixta. Cōcludit ꝙ p̄ter calidū ⁊ frigidū ē ponenda aliqua cā efficiens p̄oi ipsis. ¶ 5ᵃ cōclusio. ppetuitas motus celi est cā ppetuitatis corruptōis ⁊ generatiōis. ꝓbat duabus rationibus. prima. q₂ p motum celi ɔtinue nobis reducitur generatio. s. per motum solis. igr̄ ⁊c̄. 2ᵃ ratio. motus localis ē p̄oi motu generationis. igit̄ ē cā eius. añs ꝓbat. q₂ qd̄ mouet̄ locatr̄ habet eē: s₃ qd̄ generatur nō ē. cum igitur rationabilius sit ens eē cā₃ non ētis q̄ econtra seqtur ꝙ rōnabile ē motū localem eē p̄oꝛem motu generationis ⁊ esse causa₃ eius.

Secundo dubitatur. Utru₃ motus celi i obliquo circlo sit causa ppetuitatis gn̄atōis ⁊ corruptōis. Ad soluendum hoc dubiū est supponendū ꝙ aristo. in secunda parte huius capituli ostendit quis motus celi sit causa generationum ⁊ corruptionū: ⁊ intendit tres conclusiones. ¶ Prima. p̄mus motus celestis n̄ est causa generationum ⁊ corruptionū. ꝓbat. q₂ ille motus est simpliciter vnus. ⁊ ad nos nullam habet diuersitatem. igitur non est causa generationis ⁊ corruptionis. ꝓbat ɔn̄am q₂ idem sīr̄ se h̄ns semꝑ ē natū facere ide₃. igitur cū generatio ⁊ corruptio ɔ̄rientur sequitur ꝙ ille motus non erit causa generationū ⁊ corruptionū. Conseq̄ntiam. ꝓbat. quia ɔ̄riorum contrarie sunt cause. ¶ Scd̄a ɔclusio. mot⁹ solis sub obliquo circlo ē causa perpetuitatis. ꝓbat. q₂ ille mot⁹ est continuus ⁊ ppetu⁹. ⁊ h₃ diuersitate₃ ad nos penes accessū ⁊ recessū. igr̄. ⁊ subdit ꝙ cā p̄ntie ē accessus ⁊ causa absentie est recessus. Ex his infert tertiā conclusiōe₃ que est hec. Tp̄s generatōis semper est equale tempori corruptiōis. probat. quia per accessum solis res generāt̄. igr̄ ēt per recessū corrūpūtur. ɔ̄rioꝝ eni contrarie sunt cause. sed tēp⁹ accessus est equale tempori recessus.

Tertio dubitatur. Utrꝝ oia generabilia ⁊ corruptibilia habeāt determinatā periodū siue durationem. Ad soluendum hoc dubium est supponendum ꝙ Aristoteles in hoc secūdo capitulo ostēdit omnia generabilia ⁊ corruptibilia habere determinatā periodū: non tam̄ candē. q₂ q̄da₃ habent maiorem ⁊ quedā minorē ⁊ intendit quinq̄ conclusiones. ¶ Prima tāgit quandā obiectionē. q₂ sepe videmus aliq̄s corru

ptiones esse fortiores generationibus. Ad hoc respondet philosophus q̄ hoc non contingit ex pte periodi. sȝ ex cōfusione aliaꝝ cārū. vel ex pte melioris vel peioris di'pōis materie. ¶ 2ᵃ ɔ°. p/bat ppetuitatē gn̄atōis ex parte cāe efficiētis. qꝛ natura facit de possibilib⁹ q̄d meli⁹ ē. sȝ meli⁹ ē eē q̄s nō eē. eē āt vni⁹ spēi nō pōt sp i vno idiuiduo cō seruari. ideo natura perpetuat ipsum p continu as et ppetuas gn̄atōes. ¶ 3ᵃ ɔ°tāgit correlaᵐ. et ē h̄. rōabile ē gn̄atōes et corruptōes circularit̄ fieri q̄nqȝ eniȝ ex aq̄ fit aer. et ex aere ignis. et ex igne iteꝝ aq̄. cā. n. ipoꝝ sūt circulatōes. ¶ 4ᵃ ɔ°tāgit solutiōes cuiusdā dubitatōis quā q̄rebant antiq̄ q̄ ē hec. q̄re ē q̄ elemēta cū ifinito tpe relinquant suas ppas regiōes q̄ ipa nō sūt penit⁹ separata abiuicē. R̄ndet q̄ ē pter cās superiores ordinā tes: et transmutantes ipas ad gn̄atione ipoꝝ ife rioꝝ. ¶ Quita ɔ°tangit quoddā correlariuȝ q̄a oportet motorē pᵐ semper eē. qꝛ si mot⁹ ē motor ē. et si sēper mot⁹ ē oȝ sēper motorē eē. et si sint plu res mot⁹ oȝ pl'es motores eē. Et si q̄rat̄ vn̄ habet mot⁹ ɔtinuitatē aut ex parte mobilis aut ex par te loci vel termini acquisibilis per motū. R̄ndet q̄ non ē ex parte termini. qꝛ talis terminus nō ē ɔtinuus nec extensus. nec ex parte p̄mi hoc ē. qꝛ pᵐ mobile nō est in loco. dicitur igitur q̄ hȝ con tinuitatē ex continuitate p̄mi mobilis.

**Ad rationes** Ad primā dr̄ q̄ suffic̄ p̄n cipiuȝ effectiuuȝ p̄ncipa le habere ɔ̄riuȝ vel in se vel in suis qualitatibus instrum̄ta libus. ¶ Ad secundā dr̄ negando ma iorem. securi eni posita vel remota ponit̄ vel rēo uetur sectio. et tn̄ securis non est agens p̄ncipale ¶ Ad tertiam pȝ solutio in p̄mo notabili.

**Uerit** quarto. Utrum oē gn̄abi le necessario generabitur ¶ Arguitur p̄ q̄ non omne gn̄abile necessario gn̄abitur. antixp̄s est gn̄a bilis: ergo antichristus necessario gn̄abitur. ɔclu sio est falsa. ergo aliqua premissarū. non maioꝝ. ḡ minor. ¶ 2° sic. si oē generabile necessario gene rabitur. oē generabile necc̄io erit. et si oē generabi le necc̄io sit omne generabile erit incorruptibile. ¶ 3° sic. si oē generabile de nec̄itate generet̄. seq tur q̄ omne futuꝝ de nec̄itate euenit. conseq̄ns est ipoīe. ergo et antecedens. ¶ Jn oppositū est auctoritas philosophi dicentis q̄ si veruȝ est di cere hoc erit. aliquādo erit verū dicere hoc ē.

**Primo** sciendū q̄ questio potest dupli ter solui. vno modo s̄m opinionē phi. et pro solutione eoꝝ ponuntur due distincti ones. Prima. aliquid est generabile dupliciter. p̄ modo subiectiue. et est illud quod est subiectuȝ generationis sicut materia. alio modo termina/ tiue. et est illud quod est terminus generationis. sicut est forma vel totū ɔpositū. ¶ Secūda disti ctio. duplex est generatio. q̄daȝ est substantialis. alia est accidentalis. questio autē intelligit de ge neratione substantiali. Ex his dicuntur tria s̄m Aristo. Primo. q̄ omne generabile subiectiue d̄ necessitate generabitur subiectiue. patet. qꝛ oīs materia de necessitate generabitur subiectiue. igitur omne generabile subiectiue de necessita te generabitur subiectiue. antecedens patet. q̄a omnis materia habet formam. vel igitur illa for ma semper erit in materia. vel non semper erit in materia. quia tūc aliquod generabile eēt ppe/ tuum. igitur aliquando desinet eē in materia. vl' igitur materia manebit sine forma. et hoc est ma/ nifeste impossibile. vel acquiret aliaȝ formā et sic generabitur subiectiue. ¶ Secundo dicitur q̄ de qualibet spetie generabilium et corruptibiliū de necessitate aliquod indiuiduuȝ generabit̄ ter minatiue. patet. qꝛ esse specificum s̄ȝ aristo. ppe/ tuo conseruabitur et non in idiuiduis que sūt. igi tur necesse est alia indiuidua de nouo pduci cuȝ sit necesse eē specificum ɔseruari: ¶ Tertio di citur q̄ n̄ oē idiuiduuȝ gn̄abile d̄ nec̄itate gn̄abi tur. patet. quia quodlibet idiuiduum contingent̄ accipit eē. ergo q̄lȝ idiuiduū cōtingenter ē. sȝ s̄ȝ v̄itatē r̄ndet̄ q̄ nullum gn̄abile siue subiectiue si ue terminatiue de necessitate gn̄abitur.

**Secundo** scienduȝ est q̄ ari. in hoc vltīo capitulo soluit quinq̄ questio nes. et diuiditur in quinq̄ partes. Jn p̄ma soluit primā q̄ōnē que est hec. Utruȝ oīa generabilia d̄ necessitate gn̄abuntur. aut oīa non de necessita/ te gn̄abuntur. aut aliqua et aliqua nō. Soluit ari sto. q̄ aliqua d̄ necessitate gn̄abunt̄. et aliqua nō. pbat. qꝛ sicut est de fore et non fore. ita est de ge/ nerari et nō gn̄ari. sȝ aliqua de nec̄itate erūt et ali q̄ n̄. igr̄ aliq̄ de nec̄itate gn̄abunt̄. vt ɔuersio solis ad tropicos. et aliq̄n nō vt incisio vestis. Jn 2ᵃ p/ te soluit secundā questionē. p̄ ponendo talē sup/ positōnē. in eētialiter subordinatis ē ɔn̄a neces saria ab eē posterioris ad eē prioris. vt si domus ē fundamentū ē. et si lateres sunt lutū fuit. Que/ stio est hec. vtrum ēt ɔn̄a sit necessaria ab eē prio ris ad eē posterioris. R̄espondet ph̄s q̄ nō nisi i ill' q̄b⁹ ē simpliciter necessariū posteri⁹ euenire.

**Tertio** sciēdū φ Ari. i tertia pte hui⁹ capl'i soluit etiā qōnē q̄ est h. vtꝝ gn̄atōes sint ꝑpetue ꝫ rectū aut ꝫ circulū. hāc soluit ꝑ du as ↄclōnes. ¶ p^a. generatōes nō sūt ꝑpetue ꝫ re ctū. ꝓbat q₂ ſeq̄ret̄ φ ea q̄ ſp eēnt nō ſp eēnt. Cō ſeq̄ns est ipol'e. igit̄ ⁊ añs. ꝓbat ↄñaȝ. q₂ cū ꝑpe tuo eēnt generatiōes ſeq̄ret̄ φ ſp eēnt generatio nes. ſ₃ q₂ generātia sūt finita ⁊ aliq̄n non eēnt. ⁊ ꝑ ↄñs nō eēnt ſp generatōes. ¶ 2^a ↄ₂ nece ē oēs ge neratōes eē ꝑpetuas ꝫ circulū i eēntial'r ordina tis. ꝓbat q₂ i eēntial'r subordinatis nece ē gn̄atio nes eē ꝑpetuas ⁊ nō ꝫm rectū. igit̄ ꝫm circulū. Et subdit φ cā hui⁹ ꝑpetuitatis ē imobilitas p̄mi mo bilis. nā p̄mus motor ꝑpetuo mouet celū. iō nece est celū īf nities circūuolui. ⁊ per ↄñs nece est ge nerationes ⁊ corruptiones eē perpetuas.

**Conclusio** ūn̄salis. nō oē generabile ne cessario generabit̄ aliquādo. ¶ Hec ↄclusio satis p₃ per rōnes ante oppositū.

**Primo** dubitat̄. Utꝝ aliq̄ generētur ꝫm circulū ⁊ aliq̄ nō. Ad soluēdū hoc dubiū est supponendū φ Aristo. i q̄rta pte huius capl'i soluit q̄rtā qōnē q̄ est hec. Quare est φ aliq̄ reiterātur. ⁊ aliq̄ nō. i. q̄re est φ aliq̄ generātur cir culariter ⁊ aliq̄ nō. hāc qōnē soluit ph's. q₂ ꝫm di uersitatē numeralē fiūt generatōes ꝫm rectū ita φ i eis nō fit reuersio. idē. n. homo erit idē animal postq̄ corruptus est. sed ꝫ ſpēȝ fiūt generatiōes ꝫm circulū. ⁊ fit reuersio. sicut ex aqua fit aer ⁊ ex aere aqua non eadem in numero sed in specie.

**Scd'o** dubitat̄. Utꝝ idē i numero possit rei terari. Ad soluēdū hoc dubiū est sup ponēdū φ Aristo. i vltima pte huius capl'i soluit q̄ntā qōnē q̄ est hec. vtꝝ oīa generabilia eodē mō reuertāt̄ post corruptionē. Ad quā r̄ndet̄ φ nō. q₂ aliq̄ reuerterētur eadē ſpē. illa. ſ. q̄ꝝ substantia d ꝑit ⁊ corrūpit̄. alq̄. n. gn̄antia reuertūtur eadē nu mero. illa scilicet quoꝝ substantia remanet vt idē sol numero redit supra hemi ſperiū nostrum.

**Tertio** dubitatur. Utꝝ cessante motu celi cessent generatiōes ⁊ corrupiones. Ad soluēdū hoc dubium ponitur talis suppositio Celū agit in hec iferiora triplici īstrumēto. ſ. mo tu lumie ⁊ īfluentia. Ex his d'r p̄mo φ cessāte alte ro illoꝝ tatū nō est nece simpl'r gn̄ationes ⁊ cor ruptiones cessare. 2° d'r φ cessante quol₃ illoꝝ sit non est necesse sim pl'r generationes ⁊ corruptio nes cessare. p₃ q₂ cessantib⁹ illis tribus si stupa ap poneretur igni cōbureretur ab igne. Tertio dici tur φ illis cessātibus implicat cōtradictiōe₃ gene rationes ⁊ corruptiones cōes cessare. patet q₂ ponatur φ illa eēnt. vel ergo corrūpetur homo vel non. si corrumpetur igitur non cessant corru ptiones: si non corrumpetur. igitur adhuc viuit. ⁊ ꝑ consequens adhuc est motus naturalis cordis ⁊ caloris naturalis. ⁊ sic adhuc remanerent gene rationes ⁊ corruptiones. d'r tamen φ cōditiona lis est necessaria ꝫm Aristotelem ꝓpter reproba tionem antecedentis.

**Rationes** ante oppositum soluuntur ex dictis. Et hec de secundo d' ge neratione ⁊ corruptione dicta sufficiant.



**[C]irca** initiu₃ p̄mi libri metheoroꝝ q̄rit̄ p̄. vtꝝ ip̄ssio metheorica sub ratiōe formali n̄alita tis mixti iperfecti sit adeq̄tū scie metheorice sub₃. ⁊ arguit̄ p̄ φ nō. q₂ q̄cq̄d est subm m̄ale scie metheorice ē ps ſbiua corpis n̄alis. ſ₃ ip̄ssio metheo rica nō ē ps subiua corpis n̄alis. igr̄ ip̄ssio methe orica nō ē sub₃ materiale scie methorice. maior p₃. q₂ corp⁹ naturale ē adequatū toti⁹ ph'ie natu ralis sub₃. igr̄ cuiuslibet ptis naturalis ph'ie sub₃ materiale ē ps subiua corpis n̄alis. minor p₃. q₂ ip̄ssio ē qualitas ⁊ n̄ corp⁹. ¶ 2° sic. ois rō forma lis subiua ſe h₃ ad subm m̄ale sic simplex abstra ctū ad suū simplex ↄcretū. ſ₃ n̄alitas mixti ipfci n̄ ſe h₃ ad ip̄ssionē metheoricā sicut simplex abstra ctū ad suū simplex ↄcretū. igr̄ n̄alitas mixti ipfci nō ē rō formalis subiua isti⁹ scie. maior p₃ ꝑ cōdi tiones rōis formalis subiue positas i p̄ma questi one p̄mi ph'icoꝝ. minor p₃. q₂ vtrūq̄ ē ↄplexu₃ ⁊ absolutum. ¶ 3° sic. quicq̄d ē sub₃ scie metheori ce de illo ē scia n̄alis ab alijs ptib⁹ ph'ie distīcta. ſ₃ de ip̄ssione metheorica nō ē scia naturalis ab alijs ptibus ph'ie naturalis distīcta. igr̄ ip̄ssio me theorica nō ē subm metheorice. maior p₃. q₂ scia metheorica est pars subiua ph'ie naturalis ab ali js ptibus ph'ie distincta. minor ꝓ q̄l₃ parte p₃. q₂ ip̄ssiones metheorice sunt simplices qualitates ⁊ possibiles al'r ſe hr̄e. 2° q₂ de eis non p̄nt forma ri ꝓpōnes necessarie cū oīu₃ taliū subā possint ꝑ

nullo ſupponere.igr̃ de ipis nõ ē ſcia.minor ꝑ zª pte pꝫ q: impſſiões metheorice nec ſp nec i plib⁹ eueniũt.nec ordinate fiũt.imo fiũt ſm nãlē iordinationē.igr̃ nõ fiũt a nã.ꝛ ſic fiũt a caſu ꝛ fortuna: q: fiũt ex̃ ſp ꝛ frequēter.vt dr̃ ſcdo phicoꝝ.a caſu pluit ſub cane.igr̃ de eis nõ eſt ſcia nãlis.5ª ps minoris pꝫ q: i ſcia metheorica dētminaĩ de multis de qb⁹ dētminatũ ē i alijs ptib⁹ phie: vt pꝫ de galatia q̃ ē de nã celeſti.igr̃.¶ Jn oppm arguiĩ. d̃ impſſione metheorica ē ſcia ꝛ nõ alia q̃ ſcia metheorica.nec ſub alia rõe q̃ ſub nãlitate mixti impfci.igr̃ impſſio metheorica ſub rõe formali nãlitatis mixti ipſci eſt adeq̃tũ ſcie metheorice ſubm.

Primo ſciendũ q ꝑ declaratõe t̃minoꝝ q̃õnis ſũt ſoluende tres difficultates tacte in trib⁹ argumētis.Prima: vtꝝ impſſio metheorica ſit mãle ſubꝫ ſcie metheorice.Pro ſolutõe hui⁹ difficultatis ponũtur p̊ due regule fundamētales.p̃ma.ſubꝫ mãle alicui⁹ ſcie ē illud de q̊ paſſiones adeq̃te talis ſcie ſũt ꝑpter qd ꝛ potiſſime demõſtrabiles.¶ zª.qñcũq; aliq̃ ſcia eſt ps ſubiua alt̃i⁹ ſubm̃ mãle vni⁹ ē ps ſubiua ſubi mãl' alt̃i⁹.ex q̃ ſeq̃ q qcqd ē ſbm̃ ſcie methorice illõ ē ps ſubiua ſubi adeq̃ti phie nãl.z°.ponunĩ tres diſtictões.p̃ª ē.duplex ē nã.q̃dã ē nã naturãs.ꝛ ē oē p̃nm itrĩſecũ ꝯpoſiti nãlis ſic materia ꝛ forª: alia ē natura naturata ꝛ ē natura ꝯpoſita ex p̃ncipijs itrĩſecis cuiuſmodi ē oē ꝯpom ex mat̃ia ꝛ forª.ex q̃ ſeq̃ q natura vltio mõ capta ē idez qd̃ corp⁹ naturale cũ corp⁹ nãle ſit a natura naturãte principiatum ꝛ ex mat̃ia ꝛ forª ꝯpoſitũ ꝛ eõ.z°.ſeq̃ q nã illo mõ capta ē mat̃iale ſbm̃ toti⁹ phie natural.3°.ſeq̃ q qcqd ē ſbm̃ i ſcia methorica illõ ē ps ſubiua nature naturate ꝛ ꝯpoſite.ſ.ipi⁹ ꝯpoſiti naturalis.¶ zª diſti°.ipreſſio capiĩ triplr̃.vno mõ cõit ꝑ q̊cunq; derelicto ex coniũctõe vl' ꝯmixtione duoꝝ corpoꝝ vel duaꝝ q̃litatũ.ſicut dicim⁹ q i cera manet ipſſio ſigilli.z°.mõ capiĩ ꝑp̃e ꝑ alteratõe ꝛ ꝯmixtiõe q̃litatũ p̃maꝝ ſiue ꝑ qbuſdã q̃litatib⁹ derelictis ex alteratõe q̃litatũ p̃marũ ſic dicim⁹ iſlãmatõez ꝛ coruſcatõez eē ipſſiones metheorologicas.3°.mõ capiĩ magis ꝑp̃e ꝑ q̊dã mixto ipfcõ derelicto ex actõib⁹ oĩuꝫ illaruꝫ q̃litatũ.ſicut dicim⁹ niuē ꝛ pluuiã eē ipſſiões metheoricas.ꝛ iſto vltimo mõ capitur ipſſio metheorica in titulo queſtionis.Ex q̊ ſeqtur q ipſſio metheorica eſt vnũ corp⁹ naturale cõpoſitum ex mat̃ia ꝛ forma mixti imperfecti ſicut nix ꝛ pluuia. Secundo ſequitur q ipſſio metheorica eſt pars ſubiectiua corꝑis naturalis ꝛ ſpēs nature naturate.¶ 3ª diſtinctio.impſſio metheorica põt ſupponere triplr̃.vno mõ materialr̃ ꝑ termino ſignificato.ꝛ ſic eſt vnũ ꝯplexũ.alio modo ſimplr̃ ꝑ q̃ditate ſignificata ſiue circũlocuta.ſ.pro quadaꝫ natura cõicabili p̃ciſe cuilibꝫ ſuppoſito cõpoſito ex materia ꝛ forma mixti ipfci.ꝛ ſic ē q̃ditas ſubiualis hui⁹ ſcie.3°.modo poteſt ſupponere perſonaliter pro ſuppoſito quiditatis ſignificate ꝛ cirꝯlocute.ſ.ꝑ q̊dã idiuiduo ꝯpoſito ex mã ꝛ forma mixti ipfecti.Ex his dr̃ ad difficultatē.p̊ q corp⁹ ſimplex nõ ē adeq̃tũ ſubꝫ mãle ſcie metheorice: pꝫ q: nõ p̃dicaĩ i recto d̃ aliq̊ p̃ncipl'r ꝯſiderato in ſcia metheorica.nix.n.ñ ē corp⁹ ſimplex nec pluuia nec aliq̃ alia ipſſio metheorica.z°.q: corp⁹ ſimplex nõ ē ꝯuertibile cũ adeq̃tis paſſiõib⁹ h⁹ ſcie.ſibi.n.ꝯueniũt paſſiones celi ꝛ elemẽtoꝝ.3°.quia ſimplex ē vna ꝯditio repugnãs mixto ipfecto d̃ q̊ p̃ncipalr̃ hic tractaĩ.¶ zm dictũ.qcqd ē ſbꝫ ſcie metheorice ē mixtũ ipfectũ.ſiue corp⁹ ꝯpoſitũ ex mã ꝛ forma mixti impfecti.alias nõ poſſet p̃dicari in recto de pricipalr̃ ꝯſideratis in iſta ſcia.ſ.de niue de grãdine.de tonitruo: de fontib⁹.de lanceis ardētib⁹.ꝛ alijs metheoricis ipreſſionib⁹.¶ 3m dictũ.ipreſſio ē adequatũ ſubm mãle ſcie metheorice.pꝫ q: oĩa ꝯſiderata i ſcia metheorica ſũt ad impſſionē metheoricã reducibilia.aut ꝑ mõꝫ p̃ncipioꝝ.aut ꝑ mõꝫ ptiũ ſubiuaꝝ vel itegraliũ.aut per modũ paſſionũ de ipa aut de ſuis ptib⁹ d̃mõſtrabiliũ.Alie difficltates ſoluentur in ſequentibus.

Scdo ſciendum q zª difficultas tacta in z° argumẽto eſt iſta.Utruꝫ nãlitas mixti ipfecti ſit rõ formalis ſubiua hui⁹ ſcie.Pro ſolõe hui⁹ difficultatis ponunĩ alique ſuppoſitiões.p̃ª.ſubm mãle ꝛ ſubiectũ formale alicuius ſcie ſe debent habere ſicut concretũ ꝛ ſuuꝫ abſtractuꝫ.zª.natura capta ꝑ ꝯpoſito naturali ē materiale ſubiectũ toti⁹ phie natural.ꝛ nãlitas ē rõ formal' ſbiua ipi⁹ ſubi.3ª ſuppõ.ſic oē aĩal hꝫ ſuã ꝑp̃am aĩalitatē.ita oĩs nã hꝫ ſuã ꝑp̃aꝫ nãlitateꝫ.ꝛ ſic aĩalia ſpē drĩa hñt ꝑprias naturalitates ſpē drñtes.ita etiam oĩa corpora naturalia ſpē drĩa habent naturalitates ſpē differētes.4ª.oē mixtuꝫ impfcm̃ ē natura.i.corpus naturale a qualibet alia natura ſpecifice diſticta ꝛ hꝫ naturalitatē ſibi ꝑpriaꝫ a naturalitate alioꝝ corpoꝝ naturaliuꝫ ſpecifice diſtictã.5ª.iſta tria ſũt ſynonima impſſio metheorica.mixtũ impfcm̃.ꝛ corp⁹ naturale ꝯpoſitum ex materia ꝛ forma mixti ipfci.Ex hoc ſeqtur q natura i cõi ſiue corp⁹ naturale eſt materiale ſubiectũ totius philoſophie naturalis: ꝛ naturalitas in

cõi ē rõ formalis ei⁹ subĩua. sic ēt natura mixti im pfci. siue corp⁹ naturale mixtū ipfcm̄ ē subm materiale alic⁹ ptis pħie. ⁊ naturalitas mixti ipfci est ei⁹ rõ formalis subiua. Ex his dr̄ ad difficultatez ꝙ naturalitas mixti ipfci ē adeq̄ta rõ formał scie metheorice. pz. q₂ natura ē mixtū ipfcm̄ ⁊ subm adeq̄tū materiale h⁹ scie: igr̄ naturalitas mixti ipfci ē adeq̄tū subz formale ei⁹. tz ɔña. q₂ semp ab stractū subi materialis ē adeq̄ta rõ formalis sub iectiua talis subiecti. z°. q₂ q̄cūq₃ isunt ipssiōi metheorice siue mixto imperfecto illa sibi insunt a sua ṗpa natura siue specifica naturalitate.

Tertio sciēdū ꝙ 3ᵃ difficłtas tacta i 3°. ar°. ē ista. Utrȝ d̄ ipssione metheorica sit scia naturalis ab alijs ptib⁹ pħie naturalis specifice distincta. ⁊ tāgit tres partiales difficultates: p°. vtrȝ d̄ ipssiōe metheorica sit scia. Ad quā pt faciłr r̄ndēri ꝙ d̄ ipssiōe metheorica ab oī extitia ⁊ ṗdicato ɔtigēti pscidēte ē scia. ṗbał. q₂ oīs hit⁹ p d̄mōstratiōnē potissimā acq̄sit⁹ ē scia. s₃ d̄ ipssione metheorica ē hit⁹ p d̄ mōstratiōnē potissimā acq̄situs. igr̄. minor pz faciēdo talē d̄mōstratiōnē. Oē corp⁹ ɔpositū ex materia ⁊ forma mixti ipfci ē gn̄abile per ifl̄amatiōnē per coagulatiōnē aut p aliq̄ siłem alteratiōnē. sed oīs ipssio metheorica ē corpus ɔpositū ex mā ⁊ forma mixti ipfci. igr̄ oīs ipssio metheorica ē gn̄abilis p ifl̄amatōez p coagulatiōnē vel aliq̄ siłem alteratiōnē. ❡ zᵃ difficultas partialis. vtrȝ de ipssione metheorica sit scia naturalis. cū impressiones metheorice videantur eē casuales ⁊ fortuite. ṗ solutōe huius difficultatis ponitur talis ṗpō. Tres sūt ṗpetates cuilibet effectui casuali ⁊ fortuito copulatiue conuenientes. pma. effect⁹ talis dz fieri ex̄ sēper ⁊ frequenter. zᵃ. effectus casualis dz euēire pter itentiōnē agentis. 3ᵃ. effectus casualis non ē natus fieri ex illa cā ex qua fit magis q̄ ex quacunq̄ alia. alr̄ casus eēt cā per se ⁊ nō per accñs. Ex his dn̄r tria. p^m. alicui impressioni metheorice cōuenit pma conditio effect⁹ fortuiti. pz. q₂ aliqua ipssio metheorica fit ex̄ semper ⁊ frequenter. pz de cometa ⁊ de yride. ❡ z^m. alicui ipressioni metheorice conuenit secūda ɔditio effectus fortuiti pz. q₂ eclipses solis ⁊ lune euenerūt pter itētōez mouētiū orbes. q₂ vnusquisq₃ motor intēdit mouere ⁊ mouet suū mobile regulariter ⁊ continue nec motor lune habet solicitudinē de motu solis nec motor solis de motu lune. ❡ 3^m dictū. nulli impressioni metheorice conuenit t̄tia ɔditio effectus fortuiti. patet. q₂ quelz impressio metheorica est nata euenire regulari ⁊ determiata cā nāli qua posita semper talis effect⁹ metheoric⁹ ponitur. Ex quo sequitur ꝙ nulla impressio metheorica fit a casu aut a fortuna. sed quelibet fit a nā: ideo de impressione metheorica est scia naturał. ❡ 3ᵃ difficultas partialis est ista. vtrȝ scia metheorica sit ab alijs ptib⁹ pħie naturalis specifice distincta. Ad quā r̄ndetur ꝙ sic. pz. q₂ subm̄ ei⁹ est species nature siue corporis naturalis. ⁊ fom̄ formale eius est naturalitas specifice distincta a naturalitatibus aliorum corpuz naturaliū.

Conclusio r̄nsalis. ipssio metheorica sub rōe naturalitatis mixti ipfci ē adequatū scie metheorice sbm̄. pz ɔ̄. p pma pte q₂ impressio metheorica est adequatū subm̄ alicuius scie ⁊ non alteri⁹ q̄ scie metheorice. ❡ zᵃ ps ɔclōnis pz. q₂ naturalitas mixti ipfci ē rō formalis alicuius subiecti naturalis ⁊ non alterius q̄ impssionis metheorice. siue mixti imperfecti quod idem est.

Primo dubitał. vtrȝ sit saluabile de ipssione metheorica eē sciaz. cū soli⁹ t̄mini siue ɔclōis scibił sit scia. ṗ solōe h⁹ dubij sūt supponēde tres difficłtates. pᵃ. vtrȝ t̄min⁹ q subicitur i ɔclōe scibili vł res significata p talē t̄minū sit subm̄ scie. Ad quā r̄ndeł p tria dcā. p^m. ipōle ē aliquē terminū eē subz scibile i scia reali. ṗbał q₂ sequerētur tria inconuenientia. p^m. ꝙ oīs scia eēt de termis ⁊ ɔceptib⁹. z^m. q₂ subm̄ scibile non scitur directe s₃ solū reflexe cū t̄mini solū cognoscāł actu reflexo ⁊ non directo. 3^m. ꝙ surdus vel cecus vel dormiens n̄ haberēt sciaz. q₂ si t̄minus mētalis eēt subm̄ dormientes nō hērent sciaz. ⁊ si t̄min⁹ vocalis eēt subz surdi n̄ haberēt sciētiaz. ⁊ si terminus script⁹ eēt subm̄ ceci n̄ hērēt sciam ❡ z^m. dcm̄. t̄min⁹ q subijcit i ɔclōe scibili ē soluz subz scibile p accñs ⁊ p moduz signi illi⁹ qđ directe scił. ❡ 3^m dcm̄. significatū t̄mini siue nāł q̄titas significata p terminū q subijcit i ɔclōe scibili est subm̄ per se ⁊ directe scibile. pz. q₂ de tali significāł oēs passiōes demōstrabiles. z°. q₂ p diffinitionē talis q̄ditatis tales passiōes d̄mōstrāł. ❡ zᵃ difficultas. vtrȝ ɔ°. vel significatū totale conclusionis sit obiectū totale sciētie adequatū. Ad quā r̄ndeł p tria dcā. p^mum. nulla conclusio ē obz totale scientie. z^m. conclusio demonstratiōis est solū obiectum scibile indirecte ⁊ per modum signi illius quod primo ⁊ directe scił. 3^m. significatiuū totale conclusionis est obiectū totale primo ⁊ directe scibile. pz. q₂ scđ demonstratōe frequenter

elicita ⁊ postea seclusa oi ꝓpõne vocali menta/
li ⁊ scripta adhuc scientifice cognoscimus hoiez
eẽ risibilẽ. igitur illud significatuz totale. s. homi
nem eẽ risibilem est subiectũ scientie. ❡ 3ᵃ diffi
cultas. vtrum scientia de impͣssione metheorica
sit de re vel de termino. Ad quã rñdetur ex dcis
ꝙ est de termino indirecte per modũ signi illius
quod scitur: sed ẽ perfecte ꝑmo de re ⁊ ꝑ moduz
illius quod directe scitur.

Secundo dubitaṫ. Utrũ sit saluabile de impͣssione metheorica eẽ sciẽ
tiam. cũ scia non sit singulariũ neqꝫ corruptibiliũ
neqꝫ eoꝝ que sunt extra sẽꝑ ⁊ freqnter. ꝑ solone
hꝰ dubij sunt soluende tres difficultates. ❡ Pri
ma. vtꝝ singulariũ ipressionũ metheorologicaꝝ
possit eẽ scia. ad quã dñr tria. ꝑ. ꝙ soliꝰ rei vlis est
ꝑ ⁊ ꝑ se ⁊ potissime scientia. pꝫ. qꝛ de sola re vli ẽ
passio potissime demonstrabilis ꝑ suã diffinitio
nem. 2º ꝙ rei singularis ab existentia ⁊ ab oi acci
dentalitate ꝑscindentis est scia ꝑꝑ quid sed non
potissime. pꝫ. quia passiones supiorum sunt ꝓpẽ
quid de singularibus eorũ demonstrabiles ꝫ nõ
potissime. 3º singularium exñtiũ ⁊ circũstantiõa
torum nullo modo est scia. qꝛ talia singularia sẽ
corruptibilia ⁊ entia per accñs. ❡ Secũda diffi/
cultas. vtꝝ eoꝝ que sũt extra semper ⁊ freqnter
sit scia. Ad quam breuiter rñdetur ꝙ eoꝝ q̃ nul/
lo modo sunt semper nec freqnter non est scia. ꝫ
eoꝝ que sũt semper vel frequenter in ordine ad
cãs sic ꝙ positis suis cãis ipa semper vel freque
ter ponuntur taliũ est scia: cuiusmodi sunt ipͣssio
nes metheorice. qꝛ posita cã nãli pluuie sẽper vel
frequẽ ter ponitur pluuia. ❡ Tertia difficltas.
qualr ẽ saluabile de impͣssione metheorica corru
pta ⁊ non exñte eẽ sciam. cuꝫ tamen scibili ꝺstru
cto destruatur scia. Ad quam rñdetur ꝑ quatuor
dicta. Primum. quelibet quiditas scibilis habet
quintuplex eẽ. ꝑᵐ ẽ eẽ cognitum. 2ᵐ eẽ poẽ. 3ᵐ
eẽ ꝓducibile. 4ᵐ est aptitudialis existentia. 5ᵐ.
actualis existentia que vocatur eẽ reale subiecti
uum. ❡ 2ᵐ dictum. quelibet quiditas scibilis ẽ
incorruptibilis ⁊ ꝑpetua ꝺm quatuor ꝑma eẽ. pꝫ
qꝛ quelibꝫ res scibilis habuit ab eterno aliqḋ eẽ
cognitum ⁊ obiectiuum cum fuerit ab eterno ob
iectiue cognita a deo. lꝫ sit corruptibilis q̄tuꝫ ad
eẽ cognitum ⁊ obiectiuum quod habet ab intel
lectu nostro. quelibet etiam habuit eẽ poẽ cum
fuerit possibilis ꝓduci. ⁊ eẽ ꝓducibile cũ ab eter
no fuit nata ꝓduci. ⁊ eẽ aptitudinalis exñtie cuꝫ
ab eťno fuerit apta nata existere. lꝫ q̃libet res cre
ata sit corruptibilis ꝺm eẽ reale ⁊ subiectiuum.
❡ Tertium dictum. destructo scibili soluꝫ q̄tũ
ad eẽ obiectiuum ⁊ cognitũ destruitur scia in il/
lo intellectu in quo scibile destruitur ꝺꝫ tale eẽ:
patet. quia scia est cognitio. igitur actu scitũ est
actu cognitum. ⁊ per ꝯñs si aliquod scibile in ali
quo intellectu nõ habeat eẽ cognitum ⁊ obiecti/
uum talis intellectꝰ non habet cognitioneꝫ neqꝫ
sciaꝫ de tali scibili. ❡ Quartũ dcm̃. scibili ꝺstru
cto ꝺm eẽ reale ⁊ subiectiuũ non est necesse sciẽ/
tiã destrui. patet. quia de re absente ⁊ nõ existen
te possumus habere actualem cognitionẽ ꝑ spe/
ciem intelligibilem illius rei. ⁊ etiam per cogni
tionem habitualem. igitur ad destructionẽ rei se
cũdũ eẽ realis ⁊ actualis existentie non sequitur
destructio cognitiõis actualis nec hitualꝭ ipiꝰ rei.

Tertio dubitatur. Utrum de impressione metheorica possint formari ꝓposi
tiones cause affirmatiue de ineẽ quorum copu
la sit pñtis temporis que sint necessarie. Pro so/
lutione huius dubij ponuntur aliqua dicta. Pri
mum. in ꝓpositionibus necessarijs copula soluꝫ
dicit ꝯpositionẽ ꝑdicati cũ subiecto ꝑscidẽdo ⁊ i/
differenter se habendo ad quodcunqꝫ eẽ. Ex hoc
sequitur ꝙ ad veritatem ꝓpositionis necessarie
requiriṫ ⁊ sufficit ꝙ ꝑdicatum ⁊ subiectuꝫ suppo
nant ꝓ eodem in eẽ cognito vel in eẽ ꝓducibili.
2ᵐ dictuꝫ. ad veritatẽ istius. omnis homo ẽ aial.
sufficit ꝙ homo ⁊ animal sint idem ꝺm eẽ cogni/
tum vel ꝓducibile. patet. quia sicut itellectꝰ põt
vere cõponere ea que sunt idem ꝺm eẽ reale. ita
põt vere cõponere ea que sunt idem ꝺꝫ eẽ cogni/
tum vel ꝓducibile. Ex quo sequiṫ ꝙ sicut ad ve/
ritateꝫ ꝓpõnis particularis sufficit veritas vnius
singularis. ita ad veritatẽ istius: ois homo ẽ aial.
sufficit veritas alicuius istaꝝ q̃ sequũṫ. ois homo
cognitꝰ est aial cognitũ. ois hõ exñs actualr ẽ ani
mal actualr existens. ❡ 3ᵐ dictum. iste sunt ꝑpe
tue veritatis: omnis homo cognitus est aial co/
gnitum. ois homo possibilis est aial possibile. ois
homo ꝓducibilis est aial ꝓducibile. ois hõ aptus
natus existere est aial aptum natũ existere. licet
ista sit ꝯtigens. ois hõ actualiter exñs est aial ac/
tualiter exñs: eo ꝙ partes subi sibi inuicẽ insunt
contigẽter: ⁊ silr partes ꝑdicati. Ex quo sequiṫ ꝙ
ista est ꝑpetue ṽitatis. omnis hõ est aial. pꝫ quia
ad eius perpetuã necẽitatẽ sufficit perpetua necẽi
tas alicuius illarum qnqꝫ ꝓpõnuꝫ. modo quatu
or prime sunt perpetuo necessarie. ❡ Ex his pa
tet solutio ad dubium.

**Rationes** soluuntur ex dictis.

**Queritur** 2° Utrū sit nec̄e hunc mūdū īferiorē eē ɔ̄tinuū latōib⁹ sup̄iorib⁹ vt tota ꝟtus ei⁹ inde guberneť. Arguiť ꝑ ꝙ non. q2 impossibile ē hūc mūdū eē ɔ̄tinuū latiōib⁹ sup̄iorib⁹ ḡ nō est necesse. añs pꝫ ꝑ q2 celi ⁊ īferioꝝ vltima nō sunt vnū. 2° q2 celū ⁊ ista īferiora nō cōicant ī mā sꝫ dn̄t spē. mō dn̄a spē nō pn̄t adiuicē ɔ̄tinuari. Et ɔ̄firmať. ɔ̄tigēs ē hūc mūdū eē ɔ̄tinuū lationibus sup̄iorib⁹ cū oppo^m non iplicet ɔ̄dictionem. ¶ 2° arguiť. si oīs virt⁹ isti⁹ mundi īferioris gubernareť a celo sequerenť tria icōueniētia. p^m ꝙ act⁹ volūtatis nō eēnt liberi cū gubernarenť a cā nāli. 2^m quia celū ageret ꝑ prudētiā ⁊ cognitionem cū gubernare sit actus prudētie. 3^m q2 nihil possꝫ corrumpi nec violēter moueri cuꝫ gubernare sit aliqd ad suū finē bonū dirigere. ¶ 3° arguiť sic. multe actiones in istis inferioribus non gubernantur a lationib⁹ sup̄iorib⁹. igiť. añs pꝫ per articulū parisienseꝫ. dicere ꝙ ignis ñ ɔ̄bureret motu celi cessāte. error. ¶ In oppositū ē auctoritas philosophi.

**Primo** sciendū ē ꝙ ꝑ declaratiōe ťminorū q̄ōis sūt soluēde tres difficlťates. Prima. vtꝝ sit nec̄ē hūc mundū īferioreꝫ eē ɔ̄tinuū latōib⁹ sup̄iorib⁹. Pro solōne huius difficultatis poniť vna suppō. q̄ est hec. mūd⁹ īferior non ē aliud q̄ʒ spera oiuꝫ gn̄abiliū siue aggregatū ex oib⁹ gn̄abilib⁹ ⁊ corruptibilib⁹ ɔ̄tēta inter cōcauū orbis lune. 2° ponunť tres distinctiōes. Pria ē h̄. duplex ē nec̄iū. q̄dā est nec̄iū simpl̄r ⁊ absolute. ⁊ ē illō cui⁹ ɔ̄dictoriū iplicat ɔ̄dictionē. aliō ē nec̄iū naturaľr. ⁊ ē illud cui⁹ oppo^m nāľr nō ē possibile. ⁊ sic capitur ī titulo q̄ōis. ¶ 2^a distictio. ɔ̄tinuū pōt capi dupľr. vno° vt dic̄ ɔ̄tiuitatē idiuisionis ⁊ vnitatis. ⁊ sic illa sūt ɔ̄tiua q̄ sic sūt adiuicē indiuisa ꝙ eoꝝ vltima sūt vnū. alio mō capitur cōtinuū vt dicit ɔ̄tinuitatē imediatiōis ⁊ idistātie ⁊ sic illa dn̄r ɔ̄tinua q̄ sic sūt idistātia ad se īuicem ꝙ immediate se tangūt. ¶ 3^a distin⁹. latio sup̄ior pōt capi dupľr. vno° materialiter ⁊ ꝑ denoīato scilicet ꝑ corpe celesti sursū lato. alio mō formaľr ⁊ ꝑ significato. ⁊ ꝑ illis motib⁹ corpoꝝ celestiū sursū latoꝝ. ¶ Ex his dico ad difficľtatē pmo ꝙ nō ē nec̄e hunc mundū īferiorē eē cōtinuū latiōibus sup̄iorib⁹ capiēdo nec̄iū p̄rimo mō ⁊ ɔ̄tinuū. pmo mō ⁊ latōes sup̄iores scđo mō. 2° ē nec̄e hūc mundū eē ɔ̄ti^m latōib⁹ sup̄iorib⁹ capiēdo nec̄iū 2° mō. ⁊ ɔ̄tinuū 2° mō ⁊ lationes superiores pmo mō. pꝫ q2 vltimū istius mūdi īferioris ⁊ vltimū spere lune īmediate se tāgūt. ¶ 2^a difficultas. vtꝝ oīs virtus istoꝝ inferioꝝ guberneť a sup̄iorib⁹ corporib⁹. Pro solōne hui⁹ difficultatis ponunť due suppōnes. Prima. oīs virt⁹ istoꝝ inferioꝝ ⁊ eē ipoꝝ vel opatio naturalis effectiue ꝑducuť ⁊ ɔ̄uersať ī suo eē naturali a deo tanq̄ʒ a cā p̄ncipali. ⁊ a celo tanq̄ʒ a cā instrāli: cuiuslibet. n. opatōis naturalis de⁹ ē causa p̄ncipaľr effectiua. ⁊ celū eē causa istrālis ꝑductiua. ¶ 2° ponitur talis distin⁹. gubernare capiť dupľr. vno mō moraľr ⁊ cognitiue. ⁊ sic est vn⁹ act⁹ prudētie q̄ aliqs dirigit aliquē in suū optimū finē. ⁊ sic nō capiť hic. alio mō capiť naturaliter ⁊ directiue. ⁊ sic gubernare ē aliqd in suū bonum naturale ɔ̄seruando aut ꝑducēdo dirigere ⁊ ad suā opatiōnē naturalē iclinare ⁊ sic capiť hic Ex his dr̄ ad difficľtatē ꝙ oīs ꝟt⁹ naturalis a corporibus celestibus gubernať. pꝫ q2 omne eē naturale ⁊ oīs opatio naturalis istoꝝ īferioꝝ effectiue ⁊ instrumētaliter ꝑducitur ⁊ cōseruať a corporibus celestib⁹. Alia difficľtas solueť ī ťtio notabili

**Secundo** sciendū est ꝙ iste liber metheororum Aristo. in quo ip̄e determinat de impressionib⁹ metheoricis diuidiť in q̄ttuor libros partiales. ¶ In p̄mo determinat de imp̄ssionib⁹ ignitis. ⁊ diuidiť in q̄ttuor tractatus. In p̄ determinat de cā imp̄ssionū ⁊ diuidiť in q̄ttuor capitula. In p̄ determīat ɔ̄ cā naturali ⁊ efficiente ipsaꝝ. ⁊ diuidiť in duas ptes. ¶ In p̄ma tāgit q̄ttuor ɔ̄clusiones. In p̄ma tangit ea q̄ determinata sūt ī libris p̄cedentib⁹ ⁊ est h̄. Dictū ē pri⁹ de causis ⁊ p̄ncipijs nature ⁊ de oī motu naturali. ⁊ de astris ordinatis ī celo ⁊ ɔ̄ sup̄iori latōe celi. ⁊ de elemētis corpoꝝ ⁊ que ⁊ quot sunt ⁊ de corpꝫ ꝑmutatōe adiuicē: ⁊ de gn̄atione ⁊ corruptiōe in cōi. ¶ 2^a tāgit ea q̄ sunt determināda in h̄ libro ⁊ ē hec. reliq̄ ps p̄ntis methodi quā oēs antiqui vocabant metheorologicā: est adhuc ɔ̄sideranda in qua sunt deťmināda ea q̄ veniunt ꝑꝫ naturā in ordinationē. s. de lacte idest de galacia. de cometis. ⁊ impressionib⁹ ignitis. de spiritib⁹. i. de ventis. ɔ̄ terremotib⁹. tiphonib⁹. ⁊ alijs icēsionib⁹. ¶ 3^a tāgit ea q̄ deťminata sunt in libris seq̄ntibus ⁊ ē h̄. ɔ̄siderāndū ē de aīalibus ⁊ plātis vniuersaľr ⁊ particulariter. ¶ 4^a resumit ea q̄ dicta sunt in p̄cedētib⁹ libris ⁊ ē hec. deťminatū ē p̄us a nobis ɔ̄ vno quoq̄ʒ corpoꝝ circulariter motoꝝ ⁊ de q̄ttuor elementis. ⁊ dictum est ꝙ ipsoꝝ ē duplex motus. s. a medio ⁊ ad mediū. ⁊ dictū ē ꝙ illud q̄ð oībus supeminet ē ignis. ⁊ illud q̄ð oīb⁹ substat est terra.

⁊ illō qō ē ꝓpinquſigni ē aer. ⁊ illud qō ē ꝓpiqui⁹ ſre eſt aqua. Dictū ē etiā ꝙ tot⁹ mūd⁹ q̄ e circa ter rā ꝯſtat ex q̄ttuoꝛ elemētis. ¶ In ſcōa parte pn cipali oñdit cauſas iṗreſſionū ⁊ itendit q̄ttuoꝛ cō cluſiōes. ¶ Prima tangit vnā ſuppōnē ⁊ ē hec. neceſſe ē hunc mūdū inferioꝛē eē cōtinuū latōib⁹ ſupioꝛib⁹ vt oīs virt⁹ ei⁹ ide gubernetur. ꝓbat du plr̄ ꝑ q2 motus circularis ē perpetu⁹. 2°. q2 mot⁹ naturalis ē ꝑmus motuū hoc ē cā oīuz alioꝝ mo tuum. ⁊ ſic īfinitus eo ꝙ nō h3 locū ad quē finiat. ¶ 2ᵃ ꝯ tāgit duo coꝛrelaria. Primū. q̄ttuoꝛ elem̄ ta ſunt cāe maſiales eoꝝ acci^{m} que fiūt i elemen tis iṗreſſionū metheoꝛoꝝ. 2^{m}. virt⁹ coꝛpoꝝ circu larit̄ motoꝝ ē cā efficiēs iṗaꝝ impꝛeſſionū. ¶ 3ᵃ ꝯ°. reſumit ea que determinā da ſunt. ¶ 4ᵃ ꝯ°. eſt hec. ignis aer aqua ⁊ terra pn̄t fieri ex ſe iuice3 ⁊ vnūqōq3 iṗoꝝ ē i vnoquoq3 i potētia. ⁊ in ipſis ē vnū ⁊ idē ſubm̄. i. maſia in qō vltimo reſoluūtur.

Tertio ſciendū ē ꝙ circa hunc textū icidūt tres difficultates. Prima. qualit̄ ē ſaluabile ꝙ oīs virtus iſtoꝝ iſeri oꝛum guberneť a celo cū tamen metheoꝛica ſit de his que fiūt ſ3 naturā inoꝛdinatioꝛē. i. min⁹ oꝛdinatā abuſiue tn̄ Pro ſolōne hui⁹ difficultatis dr̄ ꝑmo ꝙ metheo rica dr̄ a meta qō ē trans vel ſurſū. ⁊ theoꝝ qō ē videre vel vi ū. ⁊ logos qō ē ſermo. q̄ſi ſermo de ſurſū viſis. q2 ꝑncipalioꝛ pars impꝛ̄ſſionū metheo roꝝ fit in ſupioꝛib⁹ elemētis. 2°. dicit̄ ꝙ celū ē ſim plicit̄ ꝑmū elementū coꝛpoꝝ q2 ꝑma pars ꝑnci palis toti⁹ mūdi coꝛpalis eſt celū. ſ3 ignis ē ꝑmuz elemētū i genere ſiue i ſpera gn̄abiliū ⁊ coꝛrupti biliū. 3°. dicit̄ ꝙ iſte cōparatiuus iordinatioꝛ n̄ ca pit̄ hic poſitiue ſcilicet ꝑ ſuo poſitiuo cum hoc ad uerbio magis. valeret. n. tantū inoꝛdinatius ſicut magis inoꝛdinatū. alio mō capit̄ negatiue vt tan tū valeat ſicut n̄ ita oꝛdinatū. Ex hoc ſequit̄ ꝙ im ꝑſſiones metheoꝛicas fieri ſm̄ naturam ioꝛdina tioꝛē q̄ꝫ ſit ꝑmū elemētū nō eſt aliud q̄ꝫ iṗas fieri ita nō oꝛdinate ſicut coꝛpoꝛa celeſtia. 2°. ſequit̄ ꝙ ſimul ſtat iṗas fieri a celo ⁊ cū hoc fieri a natura inoꝛdinatioꝛi q̄ꝫ ſit celū a primo tanq̄ꝫ a cā remo ta. ⁊ a ſecundo tanq̄ꝫ a cā ꝓpinqua. ¶ 2ᵃ difficul tas. vtrū motus celeſtes ſint cauſe efficientes im preſſionū metheoꝛorum. ⁊ quattuoꝛ elemēta ſint cauſe materiales iṗaꝝ. Pro ſolutione huius dif ficultatis dr̄ primo ꝙ motus celeſtes ſunt cauſe efficientes remote iṗaꝝ. p3 q2 motus celi effectiue concurrit ad productionem naturalem cuiuſlib3 entis naturalis. 2°. dr̄ ꝙ actiones qualitatū ꝑma rum ⁊ actiones qualitatū ſequentiū alterationū qualitatum primaꝝ ſunt cauſe efficientes ꝓpiq̄ꝫ iṗaꝝ. p3 q2 ꝑ inflāmationem que eſt accenſio vel qualitas conſequens alterationem qualitatū pri maꝝ generantur oēs iṗreſſiōes ignite. ⁊ ꝑ coagu lationem fere generanť oēs iṗreſſiones aquee et terree. 3°. dicitur ꝙ quattuoꝛ elementa ſunt cau ſe materiales oīum impꝛ̄ſſionū cū quodlib3 mixtū ſiue ꝑfectū ſiue impfectum componatur ex elem̄ tis. 4°. dicitur ꝙ cauſe materiales ꝓpinque ſunt quedam mixta impfecta cuiuſmodi ſunt vapoꝛ ⁊ exalatio. ¶ 3ᵃ difficultas. vtrū q̄ttuoꝛ elem̄ta ſint adinuicem in potentia ⁊ habeant idem ſubm̄ . i. materiam in qō vltimum reſoluātur. Pro ſolu tione huius difficultatis dicitur pꝛio ꝙ nulla en titas vnius elementi eſt vel eē pōt cū entitate al terius elemēti. alias eadē materia numero ſimul informareť pluribus foꝛmis ſubſtantialibus ſpē diſtinctis. etiā ꝯ̄ria ſimul eēnt in eodē. ¶ 2°. dicit̄ ꝙ quatuoꝛ elementa ſic ſunt iter ſe inuicē in po tentia. ꝙ ex vno poteſt generari qōcunq3 aliud. ⁊ q̄cq̄d eſt materia vnius elemēti illud eſt in potē tia. nō ſolū fundamētali ⁊ ſubiectiua. ſed in potē tia foꝛmali ⁊ reſpectiua aptitudinali ad recipien dū foꝛmā ſubſtātialē alterius elemēti. ¶ 3°. dicit̄ ꝙ cū ex vno elemēto generatur aliud fit reſolu tio vſq3 ad materiā primā cū in quolibet coꝛpoꝛe ſimplici ſit tm̄ vna foꝛma ſubſtātialis. ¶ 4°. dici tur ꝙ materie quatuoꝛ elemētoꝝ ſunt eadē ma teria in ſpecie ⁊ nō in numero. ¶ 5°. dicit̄ ꝙ qua tuoꝛ elemētoꝝ eſt vnū ⁊ idē ſubiectū in ſpecie in qō vltimū reſoluūtur. ſ. materia ꝑma. nec eſt icō ueniēs in coꝛpoꝛibus ſimplicibus fieri reſolutio vſq3 ad materiā ꝑmā. hoc aūt foꝛtaſſis eſt incon ueniens in coꝛpoꝛalibus mixtis.

Concluſio reſponſalis. neceſſe eſt hunc mūdū inferioꝛē eſſe ꝯtinuuz lationibus ſupioꝛibus vt tota virtus eius ide gu bernetur. p3 q2 celū non agit in iſta inferioꝛa niſi mediāte lumine motu ⁊ influētia: ſ3 iſta nō poſſūt deferri ad mūdū iferioꝛē ꝑ vacuū. igitur iter ce lū ⁊ iſtū mūdū iferioꝛē nō eſt vacuū. ⁊ ꝑ ꝯſequēs iſte mundus inferioꝛ imediate tangit celū.

Primo dubitatur. Utꝝ in iſta ꝓpoſitiōe: oīs virtus eius gubernetur ide. ly virtus diſtribuatur ꝑ qualibet opatiōe mūdi huius inferioꝛis. ⁊ ly oīs diſtribuat pro quolibet ſingulari iſtius mūdi iferioꝛis. Pro ſolutōe ꝑme partis ponitur vna ſuppoſitio que eſt hec. guber nare eſt aliqd in ſuum eſſe naturale ⁊ in ſua3 opa tionē naturalē. ⁊ vniuerſaliter in ſuū bonū natu

tale pductiue ꝛ cõseruatiue dirigere. ¶ 2° ponit' talis distin° triplices sunt opatiões istoꝝ iferioꝝ. q̃dã sunt opationes nãles vt mot° lapidis deorsũ ꝛ frigefactio aque. alie sũt violente vt calefactio aque. alie sũt neutrales siue libere cuiusmodi sũt oẽs opationes libere voluntarie. ¶ 3° ponuntur tria dicta. pmũ nulla actio violenta istoꝝ iferioꝝ gubernatur a corporib° celestib°. pꝫ q2 nullũ corrumpens alteꝝ aut inclinãs ei dispões malam ꝛ discõueniẽtiã gubernat ipsuꝫ. vt pꝫ ex suppõne. sꝫ corpa celestia cũ causãt opationẽ violẽtã i istis iferiorib° iprimunt eis dispõnẽ malã ꝛ discõueniẽtẽ. igr non gubernant ista iferiora quo ad actões violẽtas. ¶ 2m dictũ. nulla opatio voluntaria ꝛ libera gubernat' a corporib° celestib°. q2 ad nullã opationẽ volũtariã ꝛ liberã ɔcurrũt effectiue: cũ tales depẽdeant mere a volũtate. alias hõ nõ eẽt dñs suoꝝ actuũ. ¶ 3m dictũ. ꝙ oĩs opatio nãlis istoꝝ inferioꝝ gubernat' a corpib° celestib°: pꝫ. q2 corpa celestia ad oẽm actionẽ naturalẽ effectiue ɔcurrunt ꝛ p tales actiones naturales dirigunt ista inferiora in suũ bonũ naturale. Ex hoc sequitur ꝙ in illa ppõne ly virt° solum distributiue p opatione naturali. ¶ Sed pro solutiõe 2e partis dubij ponũtur tria dicta. ¶ Primũ. q̃libet spẽs hui° mundi iferioris gubernatur a corpib° celestibus. pꝫ q2 corpora celestia p suos motus nitũtur assimilare ista inferiora supioribus q̃tum possũt perpetuando ea eo modo quo pñt ppetuari. sed ista inferiora non pñt ppetuari in aliquo idiuiduo cũ quodlibet tale aliq̃n corrũpatur. ideo solũ ppetuantur in eẽ specifico p cõtinuã ꝛ ppetuã gñationẽ ꝛ corruptionẽ diuersoꝝ idiuiduoꝝ eiusdẽ spẽi ¶ 2m dictũ: cuiuslibet spẽi hui° mundi inferioris aliq̃d idiuiduũ gubernatur a celo. pꝫ q2 spẽs non põt ɔseruari nisi in aliquo idiuiduo. ¶ 3m dictũ. nõ q̃dlibet indiuiduũ gubernatur a celo. pꝫ. quia multa indiuidua istius mũdi iferioris corrũpũtur a celo ꝛ mouentur ab eo violenter mediante tamen cã secunda. modo corrũpere aut violent' mouere aliq̃d repugnat isti actui q̃ ẽ gubernare. Ex hoc sequitur ꝙ ly ei° distribuitur p q̃libet specie hui° mũdi iferioris. 2° p cuiusl3 talis spẽi aliq̃ indiuiduo ꝛ nõ p q̃l3 idiuiduo isti° mũdi inferioris.

Secundo dubitatur. Utꝝ de mẽte Ari. fuerit ponere oẽm actõem naturalẽ ita necessario dependere a celo ꝙ per impossibile ipso secluso nulla posset fieri actio naturalis. Pro solõe hui° dubij ponuntur q̃ttuor dcã. Primũ. de mẽte Aristo. fuit ponere pmã cãꝫ non posse agere ad extra nisi mediãte celo. pꝫ q2 scdm Ari. mot° celi sub obliquo circulo ẽ cã generationũ ꝛ corruptionũ ꝛ oĩuꝫ actionũ nãliũ. ¶ 2m. de mẽte Ari. fuit ponere pmã causã de necessitate agere ad extra ꝛ nõ libere. pꝫ q2 ẜm Ari. pma cã nõ potuit nõ pducere motũ celi. nõ potuit etiam nõ pducere gnãtiões ꝛ corruptões. nõ potuit ẽt nõ ɔseruare celũ cũ ẜm eũ oĩa ista sint necessaria ꝛ ppetua. ¶ 3m dcꝫ. de mẽte Ari. ẽ ꝙ iplicat ɔdictionẽ pmã cãm pducere res naturales celo non ɔcurrẽte effectiue. pꝫ q2 ẜm eũ prima causa nihil agit nisi mediãte 2a. pꝫ ẽt ex p° dcõ. ¶ 4m dictũ. de mẽte Ari. fuit ponere ꝙ celo ꝛ motu celi p impossibile secluso iplicat aliquã rẽ naturalem eẽ ꝛ aliquã opationẽ naturalẽ fieri: pꝫ ex p̃cedentib° dictis. Ex his manifeste apparet ꝙ de mẽte Ari. necessario ẽ ꝙ oĩs ṽt° naturalis gubernat' a corpore celesti sic ꝙ iplicat ɔdictionem aliquã ṽtutẽ naturalẽ eẽ ꝛ nõ gubernari a corporib° celestib°.

Tertio dubitat' vtꝝ pꝫ ṽitatẽ celo per impossibile vel possibile secluso possit fieri aliq̃ actio nãlis. Pro solõne h° dubij ponũtur q̃ttuor dicta. pmũ. q̃cq̃d pma cã agit vel ɔseruat mediante celo aut quacunq; alia cã: põt id se sola agere ꝛ cõseruare. pꝫ q2 pma cã se sola põt facere oĩa q̃ nõ iplicãt ɔdictionẽ. sꝫ nullus effectus pductus a prima cã mediante secunda implicat ɔtradictionẽ. igitur q̃libet talis effect° põt pduci a prima cã se sola. etiã istud dictũ ẽ sñia vnius articuli parisiẽsis. ¶ 2m dictũ. pma cã ñ agit d necessitate ad extra. sꝫ penit° libere ꝛ ɔtingent' ad istuꝫ sẽsũ. q̃cq̃d pma cã agit ad extra põt ñ agẽ. ꝛ q̃cq̃d pducit põt nõ pducere. ꝛ q̃cq̃d ɔseruat ad extra põt non ɔseruare. ¶ Tertiũ dictũ. motu celi p impossibile vel possibile secluso adhuc possent entia naturalia i suo eẽ pduci ꝛ ɔseruari ꝛ oẽs opationes naturales fieri. pꝫ ex pmo dcõ. ¶ 4m dictũ. si p possibile vel ipotẽ in hoc instanti corrũperet' mot° celi adhuc p aliq̃d tẽpus agentia naturalia naturalr' pducerent suas naturales actiones. pꝫ q2 ponatur in illo istanti ꝙ approximetur stuppa vltimo disposita ipsi igni. aut ignis corrumpet stuppã. aut non. si non. igitur agẽs nãle debite approximatũ passo vltimo disposito non ipedito nõ aget in ipsũ. ꝛ ꝙ non ipediatur pꝫ q2 adhuc pro illo instanti ẽ mot° celi. si ignis ɔburat stuppã. cum non possit eã ɔburere in instanti. alias esset virtutis infinite. igitur comburit eam in tempore sequẽte corruptionẽꝫ mot° celi.

Rationes soluuntur ex superiorib° dcis.

Uerit 3ᵒ. Utrū vnūq̄dq̄ꝫ inferiꝰ elementū sit naturalr̄ locatum in sup̄ficie concaua superioris elementi. Arguit̄ primo ꝙ nō q2 vnūq̄dq̄ꝫ elementū ē alteri elemēto ɔ̄riū. igr̄ alteriꝰ corruptiuū ꝛ p ɔ̄ns nō est alterius locatiuū. ❡ 2ᵒ. sic. terra nō est locata in sup̄ficie cōcaua aque. q2 eēt totalr̄ circūdata aq̄s q̄d repugnat nature viuentium. igr̄ vnūq̄dq̄ꝫ elemētū iferius nō ē nālr̄ locatū in cōcauo alteriꝰ. ❡ 3ᵒ. sic. q2 si ignis esset nāliter locatus in concauo orbis lune sequerētur duo icōuenientia. p̄mū ꝙ ignis posset cōburere copora celestia cū proprius actus ignis sit cōburere corpus sibi approximatū. 2ᵐ q2 tūc ignis nō eēt elementum nobilissimū cum non esset in loco medio qui est nobilissimus. ❡ In oppositum est auctoritas philosophi.

Primo sciendū ꝙ 2ᵐ caᵐ hꝰ tractatꝰ est de q̄ntitate elemētoꝝ ꝛ diuidit̄ i tres partes. In prima intendit q̄ttuor cōclusiōes ❡ Prima cōclusio tangit quādā dubitatiōeꝫ ꝛ ē hec. aliq̄s dubitabit quō se hꝫ aer ambiens terrā ad alia elementa corpoꝝ. ❡ Scd̄a ɔ̄ compat terram ad corpora celestia in q̄titate ꝛ ē hec. manifestum ē nobis q̄ ꝛ quāta sit quātitas terre i comparatione ad magnitudines celestes ambientes eam. p̄bat q2 iaꝫ p̄batū ē p astrologica theoremata ꝙ terra est multo minor q̄busdā corporibꝰ celestibus. ❡ 3ᵃ cōclusio tāgit q̄titatē aque ꝛ ē hec. q̄uis q̄titas aque nō sit manifesta. tn̄ aqua ē mlt̄o minor celo. p̄bat p̄mā ptem q2 tota natura aq̄ non est cōstans ꝛ separata a quolibꝫ elemento sic terra. igitur eius q̄titas non ē ita manifesta sicut q̄titas terre. Secundā pteꝫ p̄bat q2 non ɔ̄tingit aquā eē segregatā a corpore locato circa terram vtputa a mari ꝛ fluminibꝰ. igr̄ aqua nō est multo maior q̄ t̄ra. ꝛ p ɔ̄ns ē minor multo celo. ❡ 4ᵃ ɔ̄ᵒ. tangit q̄dā dubitationē. vtꝝ mediū inter celum ꝛ terrā sit vnū corpus f̄m nām aut plura. ꝛ si plura quot ꝛ q̄ta sūt ꝛ in q̄bꝰ locis sunt determinata ❡ In scd̄a pte reprobat aliq̄s opiniōes de natura celi. ꝛ intendit q̄ttuor cōclusiōes. ❡ Pr̄ia tangit aliqua que p̄us dicta sūt de celo ꝛ est hec. dc̄m est p̄us de primo elemento. i. de celo quale sit f̄m v̄tutē q2 totus locus supior plenus est illo corpore celesti. ꝛ ista opinio nō solū est nr̄a sꝫ ē antiq̄ p̄orū hoīnū. ❡ 2ᵃ ɔ̄ᵒ. tangit vnā opinioneꝫ de celo ꝛ est hec. anaxagoras putauit celuꝫ eē idem igni ꝛ hoc p̄bat dupl'r. primo q2 f̄m antiquā appellationem celū dictū ē ether quasi ignis semp ardēs vel quasi sempiterne ardens. 2ᵒ q2 putauit oīa supiora eē plena igne. iō putauit v̄tutē q̄ est in celo vocari ethera. i. corpꝰ semper ardēs. ❡ 3ᵃ cōclusio est hec. antiq̄ recte vocauerūt ether nō q2 sit semper corpꝰ ardēs. sꝫ q2 ē corpus semp currēs. ꝛ est aliq̄d diuinū. nec ē idē alicui ipoꝝ que apud nos sūt. ❡ 4ᵃ cōclusio tāgit cām p̄p̄ quā Aristo. approbat antiquā opinionē antiquoꝝ ꝛ est hec. non dicimꝰ semel neq̄ꝫ bis neq̄ꝫ raro easdē opiniones reiterari in hoīnibus sed ifinities. ❡ In 3ᵃ pte reprobādo duos errores opinionis anaxagore soluit questionē p̄us motā in vltia conclusione p̄me ptis ꝛ itendit q̄ttuor ɔclusiones. ❡ Prima cōclusio tangit alios errores ꝛ est hec. q̄cūq̄ꝫ dicunt ꝙ corpꝰ ambiens oīa corpora. s. celū astroꝝ est purꝰ ignis. ꝛ inter mediū terre ꝛ astroꝝ eē aerem solū si considerassent sufficienter ea q̄ ɔ̄nsa sunt p mathe^a theoreu^a forte desisterēt de hac puerili opione. valde. n. puerile est putare vnūq̄dq̄ꝫ astroꝝ eē ita puū sicut apparet aspicientibus imo sunt multo maiora sic dictū est prius. ❡ 2ᵃ cōclusio tāgit reprobationem p̄mi erroris ꝛ est hec. si totū celū eēt plenum igne sequeretur ꝙ vnūq̄dq̄ꝫ alioruꝫ elementoꝝ eēt iam anihilatū a celo. ❡ 3ᵃ conclusio tangit reprobationem scd̄i erroris ꝛ est hec. intermediū int̄ celū ꝛ t̄rā nō est plenū solo aere. p̄bat q2 aer mlt̄ū excederet eq̄litatē cōis analogie ad alia corpora elemētalia. Ex h̄ infert ꝙ intermediū celi ꝛ terre nō solū ē repletū duobꝰ elemētis. s. aere ꝛ igne. q2 terra non hēret illā p̄portionem ad ignē ꝛ aerem quā ɔ̄ꝫ hr̄e. q2 cadeꝫ est p̄portio ptis ad ptem ꝛ totiꝰ ad totū. sed ps aeris hꝫ talem p̄portionē ad ignē ꝙ ex vno pugillo aeris fiunt decē ignis. ꝛ ex vno pugillo aque decē aeris. ꝛ ex vno pugillo terre decem aque. igr̄ etiā illa elemēta f̄m se tota debēt hr̄e illā p̄portionē adinuicem quā tn̄ nō hērent si inter celū ꝛ terrā eēt solū ignis ꝛ aer. ❡ 4ᵃ cōclusio remouet quādā cauillationē q2 aliq̄s posset dicere ꝙ nō ē sile de pte ꝛ de toto cū ex pte aque fiat ps aeris. sed ex tota aqua nō fit totꝰ aer. Dicit ph̄s ꝙ nihil differt si q̄s dicat ea nō fieri ex se inuicem dūmō dicat ea eē equalia f̄m virtutē eo ꝙ f̄ꝫ equalitatem virtutis debeāt magnitudines adinuicē p̄portionari. Ex hoc infert tertiam cōclusionem p̄us p̄batā.

¶ 3ª o⁹ tāgit duas obiectiōes. pꝛima. soni istoru3 musicaliū sūt voces ⁊ tn̄ nō sūt aīata. Ad h̄ r̄ndet ꝙ solū dn̄r voces ꝓpter silitudinē. Scḋa. pisces aliq̄n extollendo capita ex aquā mouet brānchas ⁊ cāt vocē. ḡ pisces vociferāt. Soluit ꝙ non cāt vocē s3 sonū. ¶ 4ª o⁹ n̄ ī q̄lib3 pte aīalis r̄spirātis fit vox s3 s3 illā ptē fit vox s̄m quā ptē aīal suscipit aerē p respirationē. ⁊ hec ps vocatur vocalis arteria. Ex h̄ īfert ꝙ aīal vtitur aere r̄spirato ad duos fines. p̄mus est ꝓpter necessitatē vite. s. ad refrigerandū calorē cordis. 2⁹ ad vociferandū vt vnum possit alteri suos cōceptus significare sicut lingua pncipal'r valet ad gustādū. deinde valet ad loq̄ndū. ¶ Quita o⁹ tangit aliq̄ ex q̄bus īsert diffinitionē vocis. p̄mū. ꝓpꝛiū organū respiratiōis ⁊ etia3 vocis est vocalis arteria q̄ ordiata ē ad pulmōem vt ei deseruiat ad trahēdū aerem. idē est ꝙ aīalia gressibilia plus hn̄t de calore ī pulmone q̄ ī alijs ptibus. q2 pulmo diūgitur coꝛdi qḋ ē pn^m caloris nāl'is. s̄m pulmo idiget respiratiōe ad refrigerationē caloris nāl'is. Ex his īfert diffinitionē vocis q̄ ē hec. vox est repcussio aeris respirati ab aīa q̄ est in illis partibus ad vocalē arteriam cum imaginatione significandi. Hāc diffinitiōem declarat q2 n̄ omnis sonus nāl'is est vox. ⁊ ad h̄ ꝙ formetur vox oꝫ ꝙ verberās aere3 sit aīatū. ⁊ ꝙ sonus ille sit cu3 imagiatiōe significandi.

**Tertio** sciendū ē. ꝙ Ari. in isto 3⁹ capitulo determiat de olphatibili ⁊ olphatu. ⁊ diuidit in duas ptes. Jn p̄ma determinat ḋ odore ⁊ intēdit tres ↄclusiōes. ¶ Pꝛima. difficilius ē de termiare de odore q̄ de alijs sēsibus. ꝓbat q2 hō h3 sensum odoratus icertū ⁊ peiorē multis aīalibus. praue. n. odoꝛat hō. q2 hō nihil odoꝛat sine ḋlectatiōe vel tristitia eo ꝙ solū pcipit intēsos odores q̄ si sint conuenietes delectant. ⁊ si sint disconuenietes cāt tristitiam. 2⁹ ꝓbat p simile. q2 sic habentes prauos oculos non cognoscūt pua visibilia. sic etiam hoīes q̄ hn̄t prauū odoratum n̄ pcipiunt puos odores. ¶ Secūda o⁹ tangit vnū correlarium ⁊ est h̄. determinādū ē de odoribus s3 analogiam ad sapores. ꝓbat q2 sapores sunt nobis notiores odorib⁹. ḡ ⁊c. añs ꝓbat q2 hēmus gustum certiore3 olphatu. q2 gustus est q̄dam tactus. sed tact⁹ in nobis est certissim⁹. minorē ꝓbat dupl'r. p̄mo q2 hō est aīal prudentissimum. ergo est optimi tactus. 2⁹ q2 iudicamus hoīes ingeniosos vel n̄ ingeniosos p tactum. nam duri carne sūt iepti mēte. moles aūt bene apti. ¶ 3ª cōlusio. obiecta sensus saporis ⁊ odoris eisdem nominibus noīantur.

ēt sic sapoꝝ alius ē dulcis. alius ē amarus. aliꝰ acetosus. alius austerꝰ. ⁊ alius acutus. ⁊ alius piguis ita est de odoribꝰ. Et subdit quarto ꝙ sicut auditꝰ audit ⁊ iudicat de audibili. ita visus de visibili ⁊ non visibili. ⁊ olphatus de odorabili. ⁊ nō odorabili. aliqd tñ dr̄ ñ odorabile duplr̄. vno mō qꝛ nihil hꝫ de odore. alioꝰ qꝛ aliqd hꝫ d̄ odore sed paruꝫ vel praue. ¶ In 2ª pte Ari. determinat d̄ medio odoris. ⁊ intēdit talē ꝯclusionē. tā aer ꝙ̄ aqua ē medium odoris. ꝓbat qꝛ pisces odorāt i aqua ⁊ silr̄ multa aīalia hñtia sāguinē ⁊ etiā nō hñtia odorāt i aere ꝓbat signo qꝛ q̄rūt lōge alimētū. ⁊ h̄ vr̄ eē mediāte odoratu. ¶ Quantum ad 3m articulum.

Conclusio rñsalis. Sonus est proprium ⁊ adequatū auditꝰ obꝫ. pꝫ qꝛ sonus est illud i quo p̄mo fertur auditus. ⁊ sub rōne eius auditus fertur in omnia ad q̄ fertur. ergo sonus est obiectum adequatuꝫ auditus.

Primo dubitatur. Utꝝ oīa aīalia hñt idē organū. Ad soluendū hoc dubiuꝫ supponit̄ ꝙ Ari. in 3ª pte huiꝰ capituli mouet quādā questionē ⁊ ē hec. Utꝝ aīalia nō hñtia sāguineꝫ ꝑcipiāt odorē ꝑ olphatū vl̄ per aliquē aliū sensuꝫ ⁊ intēdit tres ꝯclusiones. ¶ Prima tāgit vnā rōnem ꝓ pte negatiua ⁊ est hec. aīalia odorantia ꝑ olphatū debēt eodē modo odorare. ſꝫ aīalia nō habentia sāguinē nō eodē mō odorāt sicut hō. minorē ꝓbat qꝛ hoīes recipiūt odorē solū respirādo attrahendo aerē ⁊ nō expirando vel retinēdo aerē neqꝫ a lōge sed a ꝓpe. ¶ Scđa tāgit duas rōnes ꝓ pte opposita. p̄ma qꝛ sensus olphatꝰ ē ipiꝰ odorabilis. igitur sic est idē odorabile qđ sētit̄ ab hoīe ⁊ ab alijs aīalibꝰ seqtur ꝙ eoꝝ erit idē sēsus olphatus. 2ª rō. illi sūt idē sēsus q hñt idē corruptiuum ſꝫ olphatus hoīs ⁊ alioꝝ aīaliū hñt idē corruptiuū corrūpunt̄. n. a fortibꝰ odoribus. ¶ Tertia ꝯo. tangit solōnē q̄stionis ⁊ ē hec. idē sensus ē olphatꝰ in hoīe ⁊ i alijs aīalibus. ſꝫ nō est idē organū neqꝫ eodē mō dispositū. declarat h̄ ꝑ silr̄. qꝛ videmus ꝙ aīalia hñtia duros oculos hñt palpebras cuius pupilla ꝓhibet̄ ab extrinsecis nocumētis. ⁊ hec aīalia nō pñt videre sine motu palpebre. alia v̊o bene vident sine hᵘ̇ motu hoc aūt nō arguit diuersitatē i potētia sed solū i organo. ita etiā aīalia non respirātia nō hñt organū olphatꝰ cooptū aliq̄ pellicula respirātia v̊o hñt cooptū. ideo egēt respiratiōe vt discoopiatur illa pellicula. idē ē ꝙ aīalia respirantia nō odorāt i aq̄. qꝛ in ea nō pñt respirare. In q̄rta pte huiꝰ capituli determiat de organo olphatꝰ dicēs ꝙ sic sapor ē passio hᵘ̇. ita odor ē passio sicci. iđ organū olphatꝰ ē i poª ad odores sic organū visus ē i poª ad colores. Ex his pꝫ solutio ad dubiū

Secundo dubitat̄. Utꝝ gustus sit qdaꝫ tactus. Ad soluēdū h̄ dubium est supponēdū ꝙ Aristo. i h̄ cᵒ. determiat de gustabili ⁊ gustu. ⁊ diuidit̄ i q̄ttuor ptes. i p̄ma d̄termiat d̄ medio gustꝰ. ⁊ intēdit duas ꝯclusiōes. prima gustabile e qđdā tangibile. ꝓbat duabꝰ rōnibꝰ. p̄ma. illud ē qđdā tāgibile qđ nō sētit̄ ꝑ mediū exneū. ſꝫ gustabile ē hᵘ̇. 2ª rō. in q̄cūqꝫ repitur humidū illđ ē quoddā tangibile. sed i oī gustabili repitur humidū. ğ omne gustabile ē qđdā tangibile. minorem ꝓbat qꝛ i gustabili quolibꝫ repitur sapor. ğ ⁊ humidum. tꝫ ꝯñā qꝛ sapor est i humido tāqꝫ i mā. ¶ 2ª ꝯo. tangit quādā obiectionē ⁊ ē hec si nos eēmus i aqua ⁊ eēt ibi aliqđ dulce appoᵐ ꝑcipemus saporem eius. ğ sapor sentitur ꝑ mediū extraneū. Soluit ꝙ nos sentiremꝰ saporē illius dulcis. ſꝫ h̄ ē qꝛ cōmiscetur aque sicut cōtingit in potu qñ aliquis sapor sibi cōmiscetur. sed nō accipit̄ sic i coloribus qꝛ color non vr̄ ꝑ h̄ ꝙ alteri cōmiscet̄. Subdit ꝙ sicut visibile ē obm visus. ita gustabile est obm gustus. 2ᵒ. subdit ꝙ nihil est gustabile nisi hēat humiditatē vel actu vel potentia. ⁊ ꝑ hoc ordinauit nā saliuam vt ꝑ eam gustablia sicca fiāt humida.

Tertio dubitat̄. Utꝝ gustus hēat obm adequatuꝫ specifice distinctuū ꝯ̄ tactū Ad soluendū h̄ dubiū est supponēdū ꝙ Ari. in 2ª pte huiꝰ capituli determinat de obᵒ gustus. ⁊ intendit tres ꝯclusiones. ¶ Prima sicut visus ē ꝑceptibilis visibilis ⁊ non visibilis. ꝑcipit. n. tenebras ⁊ corpora valde splendida q̄ꝝ vtrūqꝫ dr̄ iuisibile. similr̄ auditus est ꝑceptibilis audibilis ⁊ nō audibilis ꝑcipit. n. silētiū ⁊ valde magnos sonos q dñr ñ audibiles. ita etiā gustus est ꝑceptiuꝰ gustabilis ⁊ nō gustabilis. ¶ 2ª ꝯo. nō gustabile dr̄ duplr̄. vno mō qꝛ paꝝ hꝫ de sapore. alio mō. qꝛ prauū hꝫ saporem. ¶ 3ª ꝯ̊. potabile ē cōe gustui ⁊ tactui. In tertia pte determiat de organo gustus. ⁊ intendit talem cōclusionē. Organū gustus dꝫ eē humidū in potētia ⁊ non i actu. ꝙ nō debeat eē in actu humidum ꝓbat. qꝛ tale organū debet recipere saporeꝫ qui ē humidus. ergo nō dꝫ actu eē humidum. ꝙ d̄beat eē humidū in potentia ꝓbat. qꝛ aliquid patit̄ de gustabili recipiēdo ipꝫ. ergo dꝫ ꝙ ꝑ receptionē gustabilis gustus fiat humidus sicut ⁊ ipm gustabile. hoc etiam probat signo. qꝛ lingua intense sicca vel humida non bene sentit saporem cum enim

gustauit aliquē saporē itensū iudicat oīa ſm illuꝫ saporē. ¶ In 4ª parte determinat de spēbꝰ saporis: ⁊ itendit talē ɔclusionē. Due sūt spēs simplicis saporis. s. dulce ⁊ amaꝝ. spēs itermedie sūt sapor piguis. q ē ꝑpingor dulci. salsus q ē ꝑpiquior amaro. ⁊ iter istas spēs sunt austeꝝ pōthicū ⁊ acutum.

**Ad rationes** Ad pmā dr ꝙ aliqd ē per se perceptibile ab auditu dupl'r. vno mō ꝑprie. ⁊ de quolibet tali p se pdicatur sonus. alio mō cōmuniter ⁊ iproprie: ⁊ de tali nō p se pdicaī sonꝰ. ¶ Ad ʒam dr negādo miorez ⁊ ad ꝓbationē dr ꝙ si sit pdicatio cālis sic ē ɔcedēda: sed si sit pdicatio formalis sic ē negāda. ¶ Ad tertiā dr ꝙ est eadē vox numero q̄ simul pcipitur a pluribus audiētibus: nō est tn̄ eadē spēs audibilis. iō diuerse ptes aeris ad diuersos auditus ɔferunt diuersas species numero eiusdem vocis in numero. Et hec de questione.

q **Queritur** 7º. vtruꝫ corpa dura possit se tāgere ¶ Arguitur pmo ꝙ sic. qꝛ diuidēs lignū facit securi tēgere lignū. igiī securis ⁊ lignum se tāgunt ⁊ sunt corpa dura. ergo corpora dura se tāgūt. añs pꝫ tripl'r. pmo qꝛ nunꝙ securis diuideret lignū nisi pmo trāsiret totū aerē itermediuꝫ: ⁊ sic tāgeret lignū. zº qꝛ latera ligni tenent securim ita vt nō possit securis extrahi. igiī latera ligni tāgunt securim: 3º qꝛ oīs aer q mediat inter securim ⁊ lignū diuisus ē. igr̄ inter securiꝫ ⁊ lignum nō est mediū. ⁊ p ɔñs se tāgūt. zº sic. qꝛ si non esset possibile duo corpa se tāgere sequeretur ꝙ graue nāliter qesceret imediate supra aliqd leuius se qd eēt debilioris resistētie ꝙ̄ sit actiuitas ipsiꝰ grauis. pꝫ ɔña. descēdat graue ad terrā: vel igitur imediate tangit terram: ⁊ sic hr̄ ꝓpositum. s. ꝙ duo corpora dura se tangunt. vel non imediate tangit terrā ⁊ sic inter terram ⁊ ipm graue erit medium. s. aer ⁊ p ɔñs graue imediate quiescet supra aerem qui est leuior graui ⁊ mioris resistentie ꝙ̄ graue sit actiuitatis. ¶ Tertio sic. sensu experientia videmꝰ multa corpora se tangere vt asseres caude replete vino aurum ⁊ argentū in vase argenteo deaurato se tangunt. etiam ferrū calidissimū positū supra lignum tangit ipm eo ꝙ ipm cōburit. ideo tenendū ē duo corpora se tangere. ɔña tenet. qꝛ querere rōnem vbi viget sensus est debilitas intellectus. In oppositum est auctoritas phi dicentis ꝙ ipoīe est vnum corpus siccum tangere aliud i aq̄ ⁊ eodem mōi aere nisi mediet aqua vel aer. ē etiā auctoritas cōmentatoris sic dicentis Cum ɔcessum fuerit hoc dicimus. s. ꝙ ipoīe est corpora sicca se tangere in corporibus humidis nisi iter ea sit aliqd corpus. ¶ Et arguiī rōne ipoꝝ qꝛ qñcunꝙ duo corpora dura se tāgūt in aqua sensibiliter videmꝰ ꝙ iter illa corpora remanet quedaꝫ humiditas. subm aūt humidū nō est corpꝰ duruꝫ. alʼs humiditas migraret de subo in subm eo ꝙ prius erat i aqua. ergo illius humiditatis subm erat aqua. et p ɔñs inter illa duo corpora mediat aqua. ⁊ sic manifestum ē ꝙ nō se tāgūt. tāgentia. n. sūt iter q nō ē medium. similiter est in aere lꝫ non pcipiatur ꝑpt̄ iperceptibilitateꝫ aeris.

**Primo** sciendū ꝙ ō qōne sūt due ꝓbabiles opiones. pma opio stat i qnꝙ suppōnibꝰ ⁊ tribus dictis. pma suppō. i motu grauis ⁊ leuis non hñtis resistentiam intrinsecam nihil resistit nisi medium. h possent probari inductiue Secūda suppō. oīs successio i motu cātur ex resistētia itrīseca vel extrīseca. 3ª. si nihil resisteret graui graue moueretur eque cito ad locū ꝑpiquū. et locū distātē. pꝫ qꝛ moueref ad illa loca i istanti eo ꝙ nulla eēt successio qꝛ per casū nulla eēt resistentia. Istā ponit phs 4º phicoꝝ vbi dicit ꝙ si graue poneref in vacuo moueref i instāti. 4ª. oē corpus nāle nāl'r iclinatur ad replendum locū ne sit vacuuꝫ. pꝫ. qꝛ omnis natura abhorret vacuum. 5ª. si aliquod graue nitatur replere aliquem locum ne sit vacuum nihil sibi nāl'r resistit. ¶ pmum dcm̄. possibile est duo corpa dura ēt perfcē plana se tangere. pꝫ p expiētiam. Si eni fierēt due mēse perfcē plane ſm ꝗlibꝫ ptē ille tāgerent se. ¶ zm dcm̄. si duo perfcē plana tāgerēt se nihil prohiberet vnū separi ab alio ſm ꝗlibꝫ sui ptē: ita ꝙ oēs partes simul ⁊ eodē tpe separarenī. ¶ 3m. si perfcē planū eque cito ſꝫ oēꝫ ptē suā separef ab alio pfcē plāo. non propter hoc sequitur vacuū eē vt si due mense perfcē plane ō se iuicē ponātur se tāgunt. sic ꝙ ter illas duas mēsas nō mediat aliquod corpus. ⁊ si supior eleuef eq̄ cito ſꝫ ꝗlibꝫ sui partē. nō ꝑp hoc seqr̄ ꝙ i medio illaꝝ sit vacuū. pꝫ qꝛ aer circūdans illas mēsas cū nō repiat aliquod medium resistens subito ⁊ in instanti mutatur sub qualibꝫ pte mēe sic ꝙ in eodē istāti mutatū ē ad extremitates illaruꝫ mensaꝝ ⁊ ad medietates ipaꝝ sꝫ qꝛ illa opio ponit duo que directe ɔ̄dicunt ari. pm. ꝙ nāl'r aliqd corpꝰ mobile moueī local'r in istāti. zm. ꝙ duo corpora dura pñt se tāgere sine medio. iō ē alia opinio q̄ vr̄ eē phi. q̄ p ponit duas suppōnes. pma. corpora dura sunt illa corpora q̄ terminanī ſmino ꝑprio ⁊ resistūt tangenti. zª illa corpa dr

se tãgere q̃ sũt realr̃ distincta: dũtñ iter ea nõ sit aliquod corp⁹ mediũ. ¶ 2° ponit duas distinctiões. p̃ma. h̃ ppõ. duo corpa dura ẽ poẽe se tãgere. h3 duplicẽ sẽsũ. s. ɔpositũ ⁊ diuisũ. sensus ɔposit⁹ est iste hec ẽ poẽis corpa dura se tãgũt. ð illo sẽsu itelligĩt qõ. sẽsus diuisus ẽ iste. hec pñt se tãgere demõstrã do duo corpa dura. ⁊ sic ẽ ṽa. q2 dñato ferro ⁊ plũbo veꝝ ẽ dicere. hec pñt se tãgere. q2 possunt lique fieri ⁊ siĩ poni: ⁊ tũc se tãgẽt. ¶ 2ª di. duplex ẽ possibile. q̊ddã ẽ nãliter. aliud ẽ simpl̃r. qõ. n. q̃rit de poẽi nãliter. ¶ 3° ponit gnq3 dicta. p̃mũ. nõ ẽ poẽe vacuũ esse nãl̃r. 2m. nõ ẽ poẽe nãlĩt aliqd localiter moueri i istãti. 3m. si duo corpa dura se tãgerent tũc tãgerent se ƀm supficiẽ diuisibilẽ. 4m. si duo corpa dura psecte plana se tãgerẽt ẽ possibile nãliter vnu3 ab alio nãl̃r separi eq̃ cito ƀm oẽs suas ptes. 5m. si vnũ separatur ab alio eq̃ cito ƀ3 oẽs suas ptes tũc aer circũdãs extremitates illoꝝ corpoꝝ p̃us mouetur ad extremitates illoꝝ corpoꝝ q̃3 ad medietates illoꝝ. alś mouerẽ i istãti.

Secundo Sciendũ q̃ aristo. i isto vltimo capl̃o deẽminat ð tãgibili ⁊ tactu ⁊ diuidiĩ i tres ptes. In p̃ma mouet ⁊ soluit duas qões. ⁊ itẽdit sex ɔclões. ¶ Pria tãgit ɔpationẽ tact⁹ ⁊ tãgibilis ⁊ est hec. eadẽ ẽ rõ de tangibili ⁊ tactu. ita q̃ si tact⁹ nõ sit vn⁹ s3 plẽs nece ẽ tãgẽtia eẽ plura. ¶ 2ª ɔ°. tãgit duas qões soluẽdas. Prima vtꝝ caro i hñtib⁹ carnẽ sit organũ vel medium tact⁹. ⁊ i ñ hñtib⁹ carnẽ vtꝝ aliqd ꝓportiõabile carni sit organũ vel mediũ. 2ª qõ. tãgit vtꝝ tact⁹ sit vn⁹ aut plures. ¶ 3ª ɔ°. tangit solutionẽ p̃me qõis que posita ẽ ꝑ scðã ⁊ ẽ hec. Sẽsus tact⁹ non ẽ vnus s3 plẽs. ꝓbat q2 ois sẽsus vn⁹ videĩ eẽ vni⁹ ɔ̃rietatis ꝑceptiu⁹. s3 sẽsus tact⁹ non est ꝑceptiuus vni⁹ ɔ̃rietatis tãtũ. igĩ sẽsus tact⁹ nõ ẽ vnus sẽsus s3 plures maiorẽ ꝓbat iductiue i alijs sensib⁹. minorẽ ꝓbat q2 sẽsus tact⁹ est ꝑceptiu⁹ calidi ⁊ frigidi humidi ⁊ sicci. Subdit vnã cauillationẽ q2 aliqs dicere posset q̃ ẽt audit⁹ ẽ ꝑceptiu⁹ pluriũ q̃litatũ ⁊ plĩũ cõtrarietatu3. vt acuti ⁊ grauis magnitudinis ⁊ ꝑuitatis aspitatis ⁊ leuitatis. Hãc remouet ph̃s ⁊ dicit q̃ oẽs q̃litates ꝑceptibiles ꝑ auditũ sũt reducibiles ad vnũ cõe obm̃. s. ad sonũ. s3 sic nõ est ð ɔ̃rietatib⁹ ꝑceptibilib⁹ a sẽsu tact⁹. ¶ 4ª ɔ°. tãgit p̃mo vnã rõnẽ ꝓbantẽ q̃ caro sit organũ tact⁹. q2 posito tãgibili supra carnẽ stati ꝑcipimus ipm̃ tangibile. ergo signũ ẽ q̃ caro ẽ organũ tact⁹. ¶ 2ª tãgit solõnẽ hui⁹ rõnis negãdo ɔñam. q2 si supra carnẽ extẽderetur aliq̃ pellicula tenuissima ⁊ poneretur tãgibile supra eã stati percipetur ipm̃ tãgibile. ⁊ tñ euidẽs est q̃ illa pellicula nõ est organum tactus.

¶ Quita ɔ°. tãgit solutionẽ scðe qõis ⁊ ẽ hec. Caro nõ est organũ tact⁹. ꝓbat duab⁹ rõnib⁹. prima: q2 caro ẽ mediu3 tactus. igĩ non est organũ tact⁹. añs p3 q2 in sẽsu tact⁹ mediũ d3 esse itrinsecũ. sed tale mediũ nõ potest eẽ aer nec aq̃ eo q̃ ipossibile est ex aere vel aqua ɔstruere corp⁹ aialis. ¶ 2ª ratio. q2 sẽsibile positũ sup̃ sensum non facit sensationem. s3 tãgibile positũ supra carnẽ facit sensatõe3 ergo caro nõ est organu3 tact⁹. ⁊ ista rõ ponitur in fine istius p̃me ptis. Subdit vnũ argumentũ sumptũ ex ista rñsione ⁊ ẽ istud. ille sensus ẽ vn⁹ cui⁹ ẽ vnũ mediũ. s3 caro animalis est vna q̃ ẽ mediũ sẽsus tactus. ergo sensus tactus erit vnus sẽsus. hãc rationem soluit ph̃s negando maiorem. q2 si aer esset nobis vndiq3 applicat⁹ tanq̃3 ps nr̃i corporis tũc esset vnum ⁊ idẽ mediũ ꝑ qð videremus colorem. audiremus sonũ. ⁊ perciperemus odore3. et crederemus visum auditũ ⁊ olphatũ eẽ vnũ sensum. ⁊ tñ essent plẽs cũ habeant diuersa organa sic ope. silr̃ sẽsus tact⁹ ⁊ gust⁹ apparẽt eẽ in eadem pte aialis. ⁊ tñ ille nõ sũt vn⁹ sẽsus. Ex hoc isert q̃ op3 tãgibile tãgere mediũ ɔnaturale. quia inter tãgibile ⁊ tactũ d3 eẽ mediũ. Ex hoc infert sexta3 cõclusionẽ q̃ est hec. nulla corpa sicca tangunt se sine medio ꝓbat q2 sicut est in aqua ita est in aere. sed in aqua q̃3tũcũq3 tãgibilia sicca sint sicut sũt ligna ⁊ lapides si approximenĩ sẽper erit aq̃ media. igitur etiam in aere. minorẽ ꝓbãt. q2 inĩ illa corpora erit hũiditas aque. ergo ⁊ aqua. ¶ In scðã parte mouet ⁊ soluit vnum dubium ⁊ ẽ istud dubiũ est de tactu ⁊ gustu vtꝝ fiãt per mediũ ⁊ intendit duas conclusiones. ¶ Prima ɔ°. ad sẽsatione3 que fit per sensum tactus ɔcurrit mediũ extraneũ. ꝓbat. q2 nos non sentimus corpa dura ⁊ mollia nisi mediãte aere vel aq̃. Et subdit q̃ si sẽtirem⁹ mediãte aliq̃ pellicula tenui ad quã nõ aduertem⁹ crederem⁹ tñ sẽtire per mediũ extraneũ. iõ similĩt cõtingit de aere ⁊ aqua. ¶ Secũda cõclusio est. in sensatione q̃ fit per sensum tactus medium extraneũ incidentalr̃ se habet. probo quia in alijs sensibus vbi medium per se se habet ad sensationẽ ꝓpter h̃ q̃ mediũ motũ mouet organũ. s3 non i tangibilib⁹ quia tãgibilia non agũt p̃mo i mediũ s3 simul agũt in medium ⁊ i organũ sicut simul percutiĩ clipe⁹ ⁊ clipeat⁹. ¶ In tertia parte Aristo. determinat de obiecto ⁊ organo tactus ⁊ dicit p̃mo q̃ differẽtie corpoꝝ ƀm q̃ corpora sunt: sunt obiecta tactus. s. calidũ ⁊ frigidum humidũ ⁊ siccu3. ¶ Deinde determinat de organo tact⁹ ⁊ intẽdit duas ɔclusiões

obiectum organum tactus

¶ Prima. organū tact⁹ ē in potētia ad hꝰ qualitates tāgibiles. ē tñ denudatū ab eis non simplr̄ sed quodāmodo. qꝛ cū q̄litates in organo ꝯsistāt in q̄dam ꝓportione ꝛ medietate iō organū ē denudatum ab excellētijs qualitatū ꝛ nō pcipit q̄dlibet tāgibile. sꝫ solū excellētissimas qualitates. ¶ 2ᵃ ꝯ. sicut visus ē visibilis ꝛ inuisibilis. etiā tactus ē tangibilis ꝛ intāgibilis: intāgibile aūt dr̄ dupl̄r. vno modo q̄d ē parum tangibile. alio modo qꝛ propter suam excellentiā corrumpit tactum.

Tertio sciēdū ꝙ circa hūc textū incidunt tres difficultates. ¶ Prima ē vtꝝ sēsus tact⁹ sit vn⁹ sensus vl̄ plēs. Pro hui⁹ solōne ponunt̄ p̄ aliq̄ suppōnes. prima. in potētia tactiua oꝫ ꝯsiderare tres entitates. Prima ē entitas ipsi⁹ poᵉ tactiue. vñ potētia tactiua entitatiue et realr̄ ē aīa vnita organo tact⁹. ¶ 2ᵃ entitas ꝯsiderāda. ē entitas ipi⁹ organi q̄ ē q̄dā ps ipi⁹ corpis mixti. s. q̄dam neruus extēsus p totū corp⁹. ¶ 3ᵃ. entitas ē q̄litas ꝯplexiōis ipi⁹ organi q̄ vocat̄ dispō vl̄ ꝓpō organi. sicut ex formis q̄tuor elemētoꝝ resultat vna 5ᵃ forma sbālis q̄ vocatur forma mixti. ꝛ alie corrumpunt̄ ꝛ ñ manēt nisi v̄tualr̄. sic etiā corrūpunt̄ quattuor q̄litates p̄me. ꝛ etiā resultat vna q̄nta q̄litas q̄ vocat̄ ꝯplexio nālis mixti vel organi q̄ v̄tualiter ꝯtinet q̄tuor q̄litates p̄mas. ¶ 2ᵃ suppō. ꝑ q̄nto illa q̄litas ꝯplexōalis orgāi v̄tualr̄ ꝯtinet caliditatē ꝓpter h̄ ē pceptiua caliditatis. ꝛ ꝑ q̄nto tal' qualitas ꝯplexiōalis virtualr̄ ꝯtinet siccitatē ꝓpt̄ h̄ organū tact⁹ vl̄ potētia tactiua ē pceptiua humiditatis ꝛ cō. ¶ 2ᵒ ponunt̄ due distictōes. ¶ Pria tact⁹ pōt capi tripl̄r. vno modo ꝑ ipa potētia aīe q̄ ē realiter aīa iformās organū tact⁹. alio modo ꝑ ipo organo tact⁹. 3ᵒ ꝑ ipa q̄litate ꝯplexionali organi q̄ ē vna q̄litas numero extēsa p totū corp⁹ v̄tualiter continēs q̄tuor qualitates p̄mas s̄m eē ꝓportionatū. ¶ 2ᵃ di. vnitas ē triplex. q̄dā ē itrīseca ꝛ entitatiua siue formal' a qua aliq̄d dr̄ vnū ens intrinsece ꝛ formalr̄. alia ē vnitas v̄tualis a qua aliquid solū dr̄ v̄tualr̄ ꝯtinere vnā entitatē. alia est vnitas extrīseca ꝛ obiua a q̄ aliquid dr̄ vnum vnitate sui obiecti. Ex his dñr tria dicta. p̄ᵐ. tact⁹ ē vn⁹ sēsus vnitate itrīseca ꝛ ētitatiua. pꝫ qa si capiat̄ tact⁹ ꝑ potētia tactiua. tūc tact⁹ ē potētia realr̄ ꝛ entitatiue ipa aīa. mō euidēs ē ꝙ aīa ē vna vnitate itrinseca ꝛ entitatiua. Si v̄o capiat̄ tact⁹ ꝑ organo tact⁹ sic ē q̄dā neru⁹ extēsus p totū corp⁹ q̄ ē vnū ens nūc ro. iō tact⁹ sic capt⁹ ē vn⁹ vnitate itrīseca ꝛ ētitatia. Si v̄o capiat̄ tact⁹ ꝑ q̄litate ꝯplexionali disponente ipm organū sic ē vna q̄litas extēsa numero per totū corp⁹ subiectiue extēs in ipo organo tactus igr̄ euidēs ē ꝙ vna ē vnitate itrinseca ꝛ ētitatiua ¶ 2ᵐ dcm̄. tact⁹ ē plēs sēsus p̄litate v̄tuali. patꝫ qꝛ ꝯtinet v̄tualr̄ plures q̄litates dr̄ntes spē nō reducibiles ad aliq̄d cōe. ¶ 3ᵐ. sēsus tact⁹ ē plēs sēsus p̄litate extrīseca ꝛ obiectiua. pꝫ qꝛ ē pceptiuus p̄liū ꝯrietatū nō reducibiliū ad aliq̄d cōe obꝫ ¶ 2ᵃ di. vtꝝ caro sit organū tact⁹. Ad quā breuit̄ rñdet̄ p quattuor dcā. p̄ᵐ. caro non est organū tactus. pꝫ p rōnes textus. 2ᵐ. organū tact⁹ ē q̄dā neruus extēsus p totū corp⁹ ad modum retis. 3ᵐ. ille neru⁹ nō est sic extēsus p totū corp⁹ ꝙ in qualibet parte corpis sit aliq̄ pars ipius nerui. 4ᵐ. ille neruus ē sic extēsus ꝙ nō ē dabilis aliqua ps corpis in qua nō sit neru⁹ vel cui nō iuxta ponat̄ neruus ꝛ hoc sufficit ad sēsationē. ¶ Tertia di. vtꝝ sensibile positū sup̄ sēsū faciat sēsationē. Pro hui⁹ solutione ponit̄ p̄ talis distīc̄. duplex ē imutatio. q̄dā ē imutatio realis ꝛ ē actio duoꝝ sbōꝝ sibi inuicē approximatoꝝ hn̄tiū q̄litates ꝯrias sic ē imutatio aq̄ ab igne. alia ē imutatio aīalis siue spūalis ꝛ est receptio spēi sēsibil' mediāte q̄ vitalr̄ ipa potētia pcipit ipꝫ obm̄. ꝛ talis imutatio formalr̄ constituit sensum ꝛ fit a sensu quantum sensus est. sed alia mutatio non fit a sensu vel ab organo secundum ꝙ est cōpoᵐ ex ꝯrijs. ¶ 2ᵒ ponunt̄ aliq̄ suppōnes. Pria. q̄cūq̄ aliq̄ duo hn̄t q̄litates vel saltē v̄tualiter ꝯtinēt eas. vnū realr̄ alt̄i approximatuꝫ agit vel patit̄ ab alt̄o. Scda. organū tact⁹ ꝯtinet v̄tualiter. q̄tuor q̄litates p̄mas ꝛ ei⁹ obiectum est aliq̄d cōtinēs aliquā q̄tuor q̄litatū p̄maꝝ vel aliquā iparū q̄tuor qualitatū. Ex h̄ seq̄t̄ ꝙ si obm̄ tact⁹ esset realr̄ approximatū organo tact⁹ nō ageret vel pateret̄ ab organo. Tertia. q̄cūq̄ organū vl̄ mediū imutat̄ realit̄ ꝛ actiue potentia illi⁹ organi imutat̄ virtualit̄ ꝛ pceptiue sic ꝙ recipit spēm sui obiecti mediāte qua vitalr̄ pcipit suū obm̄. Quarta suppositio. imutatō realis nō ē sensatio. sꝫ solū imutatio spūal' vel aīalis q̄d idē est. Ex his dr̄ p̄ ꝙ tāgibile positū supra tactū imutat realr̄ ipm tactū ꝛ nō vitaliter. lꝫ imutet potētiā solū vitalr̄ ꝛ non realit̄ ¶ 2ᵒ dr̄. ꝙ tāgibile positū supra organū tact⁹ nō facit sēsationē sꝫ solū realē imutationē ipsi⁹ organi mediāte qua imutatione reali corrūpitur sēsus tact⁹: vt si ferꝝ calidissimū poneretur sup̄ neutrū tūc realr̄ imutaret neruū ꝛ non spūalr̄. iō ꝓprie ñ esset sensatio sed realis immutatio.

Cōclusio vñsalis. Impossibile est duo corpora dura se tangere. pꝫ quia si se tangerent: tangerent se s̄m sup̄ficiē diuisibilē.

iō ſi vnū ⁊ eq̄ cito ſepararetur ab alio ſ₃ oēs ꝑtes in medio eēt vacuū vł aer circūdās illa corpa ī eodē īſtāti ꝓpinquū ꝑtrāſiret ſibi locū. ⁊ diſtātē ⁊ hec rō pōt declarari ꝑ expiētiā₃. Si.n. ponanī due mēſe ꝑfecte plāe ſi ꝑ aduerſariū vna tāgat aliā īter ipaſ nihil ē meᵐ. iō ſi ſupior eq̄ł̄r ſm oēs ſuas ꝑtes eleueī aer exñs ī extrēitatibꝰ ꝑ moueī ad extrēitateſ ꝙ̄ ad mediū. ⁊ ī illo ꝑori erit vacuū ī medio.

Primo dubitatur. Utꝝ oīs ſenſus ſit ſuſceptiuꝰ ſpēꝝ ſēſibilium ſine mā̄. Ad ſoluēdū h̄ dubium eſt ſupponēdū ꝙ Ari. ī iſto vltimo tractatu determinat de ſēſibus extioribꝰ ⁊ de ſenſu coi. ⁊ diuidiī in duo capła. In p̄ deīmi nat de ſenſibꝰ extioribꝰ ſm ꝙ imutanī ab eoꝝ obiīs. ⁊ diuidiī in tres ꝑtes. In p̄ma itendit quattuor ꝯcłoes. ¶ Prima. oīs ſenſus ē ſuſceptiuꝰ ſpērum ſenſibiliū ſine mā̄. ꝓbat ꝑ ſimile. q₂ cera recipit formā ānuli ſine mā̄. vt ſine auro vel ſine ere. ğ etiā ſenſus recipit colorē a viſibili ⁊ ſonū ab audibili. ⁊ odorē ab odorabili nō recipiēdo mā₃ illorū. Subdit ꝙ organū poᶜ ſēſitiue ē illō in quo eſt ipa potētia ſēſitiua. ſūt eni idē ſubo ſ₃ dr̄nt rōe. q₂ potentia eſt rō ipiꝰ organi. ¶ 2ᵃ ꝯ°. eſt hec. excellentie ſenſibiliū corrūpūt ſenſū. ꝓbat q₂ excellētie ſenſibiliu₃ corrūpunt ꝓportionē q̄litatū p̄maꝝ que eſt forma ⁊ rō ipiꝰ organi. ¶ 3ᵃ ꝯ°. plāte nō ſentiūt ꝙ̄uis habeāt aīa₃ ⁊ patianī a q̄litatibꝰ tāgibilibꝰ in h̄ ꝙ caleſiūt ⁊ īfrigidanī. ꝓbat. q₂ nō hn̄t illā ꝓportionē qualitatū q̄ regrii ad ſenſū tactꝰ. ¶ 4ᵃ ꝯ°. tāgit vnā qōe₃ ⁊ eſt h̄. vtꝝ oē qō patiī a ſēſibili ſit ſētiēſ ita ꝙ oē qō patiī ab odore ſit olphatiēs. ⁊ oē quod patiī a colore ſit vidēs. Et arguit ꝙ ſic duabꝰ rōibus. p̄ma. gcgd agit in olphatū illō ē odor. ergo gcquid patiī ab odore h₃ olphatū. ¶ Scđa. lux tenebre ſonꝰ ⁊ odor videnī agere tā in alia corpa īaīata ꝙ̄ in corpa aīata. ⁊ tn̄ ſenſibile d₃ ſolū agere in ꝓpriū effectū. ergo omnia ꝑceptibilia hn̄t ſenſū. Illa₃ ſoluit ponēdo dr̄ia₃ īter tāgibilia ⁊ alia ſenſibilia q₂ oīa tā aīata ꝙ̄ īaīata patiunī aliqd a qualitatibꝰ tāgibilibꝰ ſ₃ nō oīa patiūtur ab odoribꝰ ⁊ ſonis aliqua tn̄ īaīata patiunī ab ipſis. dicimus enim ꝙ aer fetet. ideo aer aliquid patiī ab odore. Ex his patet ſolutio ad dubium.

Secundo dubitaī. Utrū aliqs ſēſus exterior nobis deficiat. Ad ſoluēdū hoc dubiū ē ſupponēdū ꝙ Ariſto. in ſcđa ꝑte huiꝰ capłi itendit talē ꝯcłonē. Tātū ſunt q̄nq₃ ſēſus exteriores ꝓbat. tot ſūt ſēſus extiores q̄t h₃ ꝑfc₃ aīactu₃. ſ₃ aīa tū ꝑfectu₃ h₃ ſolū q̄nq₃ ſēſus extiores: igī tm̄ ſūt q̄nq₃ ſēſus extiores. miorē ꝓbat tripł̄r: p̄ ex ꝑte ſēſibiliū ꝓpoꝝ q₂ ſub obō viſus nulle ſūt ſpēs que n̄ poſūt ꝑcipi ab animato ꝑfecto. ſimilił̄ ſub obō olphatus ⁊ ſic de alijs ſēſibꝰ. igitur aīatū ꝑfectū hab₃ ſēſus ꝑceptiuoſ oīum ſēſibiliū. ⁊ per ꝯñs ſūt tot ſēſus quot hab₃ aīal ꝑfectū. ¶ Scđo ꝓbat ex parte medij q₂ oē mediū vel eſt ꝯiūctu₃ vt caro ⁊ ſic habemꝰ ipſum vel ē extrīſecū vt aer vel aq̄. ⁊ ſic poſſumꝰ habere ipſū. igitur ꝑfectu₃ aīatū habet oē mediu₃ ſētiēdi ⁊ ꝑ ꝯñs habet oēs ſēſus. ¶ 3°. ꝓbat ex ꝑte organoꝝ. q₂ oē organū ē a dn̄io alicuiꝰ elemētoꝝ. vł igiī ē a domino aque. ⁊ ſic ē oculus. vł aeris. ⁊ ſic auditus. ⁊ ſi alicui appropetur ignis ē olphatꝰ ⁊ ſi alicui appropetur t̄ra erit tactus. Ex his patet ſolutio.

Tertio dubitatur. Utꝝ ꝓpł̄ ſēſibilia cōia ſit ponēdꝰ aliqs ſēſus ꝑticularis diſtictus a p̄dictis ſēſibꝰ extioribꝰ. ¶ Ad ſoluēdu₃ hoc dubiū ē ſupponendū ꝙ Ariſto. ī t̄tia parte hꝰ capituli itendit talē ꝯcłonē. ꝓpł̄ ſēſibilia ꝯmunia nō eſt ponendus aliquis ſēſus propꝰ ⁊ particłaris ab alijs diſtictus. ꝓbat tribus rōibus. prima ꝙ omnia ſēſibilia cōia ſētiūtur ſēſibus ꝑticularibus: ergo preī ipſa n̄ ē ponēdus alius ſenſus. ¶ 2ᵃ rō nullū obm̄ hn̄s ſenſū proprium ab alijs diſtictum ſētitur ab alio ſēſu niſi ꝑ accn̄ſ. ſ₃ ſēſibilia ꝯmunia ſentiuntur ab alijs ſēſibꝰ ꝑ ſe. g°. nō hn̄t ſenſū ꝓpriū ab alijs diſtinctū. minorē ꝓbat. q₂ ſi non. ſeq̄retur ꝙ motꝰ nō magis ꝑcipetur a viſu ꝙ̄ hoc quod eſt eſſe cleonis filium. ¶ 3ᵃ ratio. illa non habent ſenſum proprium ab alijs diſtinctū que per ſe a pluribus ſenſibus percipiuntur: ſ₃ ſenſibilia cōmunia pluribus ſenſibus ꝑcipiūtur. ergo ⁊c̄. Subdit vnū dubium quare percipimus ſēſibia cōmunia pluribus ſenſibus. Soluit ꝙ eſt vt percipiamus diuerſitatē inter ſenſibilia cōia ⁊ ꝓpa. ſi.n. ſenſibilia cōia ſolū percipentur ab vno ſenſu nō viderentur differre a ſenſibilibus ꝓprijs.

Ad rationes ante oppoſitum. Ad primā dicitur ꝙ inter ſecuri ⁊ latera ligni eſt aer medius qui virtute nature vniuerſalis ſeruatur ne diuidatur a ſecuri ne poſtea ſit vacuum. Et ſimiliter dr̄ ad alias duas rationes. Et hec de queſtione

Queritur 8°. Utrum preter ſenſus particłares ſit ponendus ſenſus cōmunis ex nā rei ⁊ formałr diſtictus. Arguiī p̄ ꝙ nō: q₂ actiones ſēſuū ꝑticulariū nō ꝑcipiuntur a ſenſu cōmuni. igī preī ſenſus ꝑticulares nō eſt ponēdus ſenſus ꝯmunis. tenet ꝯñia q₂

Illud ꝑpter qđ ē ponēdus sensus cōmunis ē vt ꝑciperet actiones sensuū ꝑticulariū. aňs pz. qz actiones sensuū ꝑticulariū nō sūt q̄litates sensibiles. z eadē rōne actiones sensus ꝯmunis ꝑciperentur ab alio sensu. z sic eēt ꝓcessus in infinitū. 3° qz non posset ꝑcipe actiones sensuū ꝑticulariū nisi etiam ꝑcipet oƀa sensuū ꝑticulariū z sic idē oƀm ꝓꝑum ꝑcipreť a duab⁹ potentijs ꝑ se. ¶ 2° sic. sēsus cōmunis nō pōt ponere dr̄iaz inter oƀa diuersorū sensuū. ergo ꝑter sensus ꝑticulares non est ponendus sensus cōmunis. aňs pz. qz si poneret dr̄iam inter obiecta diuersoꝝ sensuum vel eēt eodeꝫ actu vel diuersis. nō eodē actu qz ipoľe est eandem potentiam eodē actu distincte cognoscere oƀa specifice distincta. nec diuersis. qz vel eēt i eodē instanti vel in diuersis. nō i eodem qz ipossibile est eādē potentiam simul z i eodē istanti habere plures actus. nec diuersis. qz cū simul ponat dr̄iam iter illa oꝫ ꝙ in eodeꝫ instanti cognoscat ipa. ¶ 3° sic. si esset ponēdus sensus ꝯmunis hoc eēt maxie ad ꝑcipiendum sensibilia cōmunia. sed supra ꝓbatū est ꝙ ꝑpter sensibilia cōmunia nō oꝫ ponere aliqueꝫ sensum. igiť. Et ꝯfirmatur qz ōis sensus hꝫ aliqđ oƀm adequatum z aliqđ organū. z est solū vnius ꝯrietatis. sed sensus cōmunis nō hꝫ oƀm vnū adequatum nec hꝫ organū. nec est tantum vnius contrarietatis. igr̄. In oppositū ē auctoritas pħi.

Primo sciendū est ꝙ ꝑ solutione q̄stiōis sunt soluēde alique difficultates ¶ Prima. vtꝝ ꝑpter cognitionē passionū sensuū ꝑticularium sit ponēdus sensus cōmunis. Pro solutione hui⁹ difficultatis ponunť alique suppositiones. prima. nos experimentaľr ꝑcipimus nos sētire. vt cognoscimus nos videre colorē. cognoscim⁹ etiā nos audire sonū. 2ª suppositio. visus nihil ꝑcipit nisi sit coloratū vľ color capiēdo colorem ꝓut se extendit ad lumē vel lucē. pz qz color ē obiectum adequatum visus. Ex ista sequitur tertia .s. ꝙ visus no cognoscit suū actum. qz suus actus necꝫ ē color necꝫ est coloratus. Ex his respondeť ad difficultatem ꝙ ad cognoscendū actiones sensuū ꝑticulariuꝫ est ponēdus sēsus cōmunis. pz qz actiones sensuum ꝑticularium cognoscuntur ab aliquo sensu. pz ꝑ primam suppositionem. z nō ab aliquo sensu ꝑticulari. pz ꝑ 2ªm z tertiaꝫ. ergo ab aliquo sensu cōmuni. ꝓ solutione tñ argumētoꝝ ponūtur due suppositiōes. prima. ꝙ actiones sensuū ꝑticularium directe cognoscuntur z nō reflexe. secunda. ꝙ actiones sensuum ꝑticulariū sunt qualitates sensibiles. i. sēsu ꝑceptibiles. ¶ 2ª di. vtꝝ ad cognoscēdū dr̄ias obiectorum diuersoꝝ sensuum sit ponendus sensus cōis. pro solutione huius difficultatis ponunť alique suppositiones. prima. potentia que ponit dr̄iam inter aliqua duo debet eē per se cognoscitiua eorum aľs posset decipi in assignatione dr̄ie. 2ª. nullus sensus particularis pōt ꝑ se cognoscere obiecta diuersoꝝ sensuum. pz qz oē sensibile ꝓꝑum qđ ē ꝑceptibile ꝑ sōe ab vno sēsu ē ꝑ accñs ꝑceptibile ab alio sensu ꝑticulari. ex his seqꝛ 3ª ꝙ nullus sēsus ꝑticularis pōt ponere dr̄iaz iter obiecta diuersoruꝫ sēsuū. 4ª. cognoscim⁹ ꝑ expiētiā ꝙ ꝑ aliquē sensum ponimus dr̄az iter oƀa diuersoꝝ sēsuū. vt hos ponit dr̄iaz inter saporē z sonū. Ex his rn̄r ad difficultateꝫ ꝙ ad cognoscendū dr̄ias oƀoꝝ diuersoꝝ sensuū oꝫ ponere sensū cōeꝫ. pz qz ꝑ aliquē sensū cognoscimus dr̄iaz oƀoꝝ diuersoꝝ sensuū. z nō ꝑ aliquem sensū ꝓꝑum. ꝗ ꝑ sensum cōeꝫ. ꝓ solutiōe istoꝝ ponitur talis suppō. ꝙ sensus cōis ꝑmo ꝑ vnū actuꝫ ꝓꝑum distincte z adeq̄te cognoscit oƀm vni⁹ sensus. z ꝑ aliū actū distincte z adeq̄te cognoscit oƀꝫ alteri⁹ sensus. z ꝟtute istoꝝ duoꝝ actuum format vnū tertiū actū ꝟtualr̄ cōtinentē adeq̄tas z distinctas notitias illoꝝ obiectoꝝ ꝑ quā distinguit z ponit dr̄am vni⁹ obiecti ab altero. ¶ Tetia di. vtꝝ sensus cōis hēat vnū adequatū oƀm z vnū organū z sit solū ꝑceptiuus vni⁹ ꝯrietatis. ad cuius ꝓbationē dn̄r tria. ꝑmū. ꝙ oƀm adequatum sensus cōis ē q̄litas sēsibilis. oē. n. ꝑceptibile a sensu cōi ē q̄litas sensibilis. z ōis q̄litas sensibiľ ē ꝑceptibilis a sensu cōi. ¶ 2m dictū. sensus cōis est ꝑceptibilis pluriū q̄litatū z etiā pluriū sensibiliū tam ꝓꝑoꝝ q̄ꝫ cōiuꝫ reducibilium ad vnū cōe oƀm. s. ad q̄litateꝫ sensibilē. z hoc capiendo q̄litatē sensibilem ꝓ q̄litate sensu ꝑceptibili. ¶ Tertiū dictū. sensus cōis habet vnum organum in quo terminantur oēs sensus particulares. z est cor vel cerebrum.

Secundo sciendꝫ est ꝙ Aristo. in hoc 2° capitulo ostendit numeꝝ sensuum interiorum. z diuiditur in duas ꝑtes ꝑncipales. In prima ostendit modū ponēdi sensum cōeꝫ ex ꝑte duoruꝫ. s. ex parte actionum sensuuꝫ ꝑticularium z ex differentia obiectorum diuersorum sensuū ꝫm modū deductū i ꝑmo notabili. z diuiditur i sex ꝑticulas ꝫꝫ sex qōnes q̄s vr̄ soluere pħs In prima itendit tres conclusiones. ¶ Prima tāgit ꝑmā qōnē z ē hec., vtrum sensus ꝑticulares ꝑcipiant suas opationes. aut ille ꝑcipiātur ab illo sensu. ¶ 2ª ꝯ. tāgit duas rōnes ꝓ ꝑma ꝑte z duas ꝓ 2ª. ꝑma rō ꝓ ꝑma ꝑte est talis ꝙ si actiones

sensuum particulariũ ꝑcipere̅ntur ab alio sensu sequeret̄ ꝙ vnius ⁊ eiusdem obi essent duo sẽsus qđ est impossibile. ⁊ ꝓbat ꝯñam q2 impossibile est aliquẽ cõprehendere se videre colorẽ nisi videat colorẽ. Secũda rõ. q2 si actiones sensuũ ꝑticulariũ perciperentur ab alio sensu eadẽ rõe actio illius sensus perciperet̄ ab alio: ⁊ sic eēt ꝓcessus in ĩfinitũ. ꝓ prima parte ponit alias duas rões. prima quia sequeretur ꝙ esset idẽ sensus sui ipi⁹. secunda. quia sequeret̄ ꝙ visio eēt colorata vel eēt color: quod est impossibile. ¶ Tertia ꝯ⁹ tangit solõnẽ qõnis ⁊ primo dat solõnẽ ad hoīez ꝯ̄ rões factas pro prima parte: ⁊ est hec. tenebra nec est color: nec colorata ⁊ tamen ꝑcipitur a visu. secundo dat veraȝ solõnẽ qõis: ⁊ est hec. ẽ aliquis sẽsus qui percipit colorẽ in pñtia coloris ⁊ talis nõ percipit actionẽ ꝑ quam cognoscitur color. ali⁹ sensus est qui ꝑcipit colorẽ in absentia coloris. ⁊ ille etiam percipit visionem ⁊ vocatur sẽsus cõis. In secũda parte soluit secundã qõnẽ que est hec. cuȝ sensibilis ⁊ sensus sint ijdẽ act⁹. q̄re sensibile nõ sẽtit sicut sensus. Soluit ꝙ cuȝ mot⁹ actio ⁊ passio sint in patiẽte. act⁹ enĩ actiui ⁊ passiui sunt in patiente ⁊ disposito. iõ nõ oȝ mouẽs moueri nec agẽs pati. silr̄ est de actu sensibilis ⁊ sensitiui. sicut eniȝ actio ⁊ passio sunt in patiente ⁊ non in agente. sic ẽt actus sensitiui ⁊ sensibilis non est in sensibili sȝ in sensitiuo. iõ sensibile non dr̄ sentire sed sẽsitiuũ In tertia parte soluit tertiã questionẽ que ẽ hec. vtꝝ sensus ⁊ sensibile simul corrũpãtur. Soluit per distinctionẽ ꝙ duplex est sensus ⁊ sensibile. quia quoddam est in potentia. aliud sensibile est i actu ⁊ ille sensus in actu simul corrumpitur cum sensibili in actu. ꝓbat q2 coꝝ est idem actus. ergo qñ corrũpitur actus vnius corrumpitur etiam actus alterius. ⁊ ꝑ ꝯñs qñ vnũ corrumpitur alteruȝ corrũpit̄ In quarta ꝑticula soluit quartam q̄stionẽ q̄r. s. q̄dam sensibilia corrumpũt sensum. ⁊ q̄dã delectãt sensum. Soluit ꝙ omnis sensus cõsistit i quadam simphonia hoc est in quadã media ꝓportiõe. q̄libȝ aũt ꝓportio corrumpitur ꝑ excellentiam. ideo excellẽs sensibile corrumpit sensum. sicut vox excellenter grauis vel acuta corrumpit auditũ. ⁊ excellens gustabile corrumpit gustum. sed sẽsibilia denudata ab his excellẽtijs delectãt sensum vt dulcia ⁊ salsa. ⁊ etiam sonus ꝓportionatus in graui ⁊ acuto delectat auditum. temperatum vero ex calido ⁊ frigido delectat tactuȝ.

Tertio sciendũ ẽ ꝙ Ari. in quinta ꝑticula huius capituli mouet ⁊ soluit q̄ntã questionẽ q̄ ẽ hec. Qualr̄ differunt sẽsus ꝑticulares a sensu cõi ex ꝑte actus. soluit ꝙ vnusq̄sq; sensus ꝑticularis sentit suum ꝓpriũ sensibile sibi obȝ ⁊ discernit drias eius vt visus discernit album a nigro. ⁊ gustus dulce ab amaro. ⁊ silr̄ de alijs. sed sensus cois discernit inter obiecta diuersoꝝ sensuum. ꝓbat q2 nos discernimus inter albũ ⁊ dulce ⁊ vlr̄ sentimus ꝙ sensibilia diuersoꝝ sensuũ ab inuiceȝ drn̄t. ergo necesse est ꝙ hoc fiat ꝑ aliquẽ sensum. illa enim sensibilia sunt. ⁊ non ꝑ alium sensuȝ q̄ȝ ꝑ sensum cõeȝ. ergo sẽsus cois ponit driam int̄ obiecta diuersoꝝ sensuum cũ nõ sit ꝑ aliam cãm q̄ȝ ꝑ cõem. pȝ q2 necesse est ꝙ fiat ꝑ vnum sensũ ⁊ non ꝑ plr̄es ⁊ non ꝑ aliquem sensũ ꝑticularem. igit̄ ꝑ sensum cõem. añs ꝓbat ꝑ simile. q2 si ego dicerẽ me sentire illud eẽ album. ⁊ alius sentiret illud eẽ dulce. ego nõ possẽ ponere driã iter albũ ⁊ dulce. igr̄ silr̄ si vn⁹ sẽsus cognoscat vnũ obȝ. ⁊ ali⁹ sẽsus cognoscat aliud obȝ: null⁹ illoꝝ poterit ponẽ driaȝ iter illa oba iõ ẽ mãifestũ ꝙ dria duoꝝ obiectoꝝ dȝ fieri ꝑ vnũ sẽsũ cõeȝ ⁊ dȝ fieri i eodẽ ĩstãti tẽporum. ꝓbat ꝑ sile q2 si aliq̄s ponat driam iter aliq̄ duo penes bonũ ⁊ malũ nece ẽ ꝙ ꝓ eodẽ instanti tẽpoꝝ assignet h̄ eẽ bonũ ⁊ alteꝝ malũ. ¶ In vltima ꝑticula mouet sextã q̄stionẽ ⁊ est hec: vtꝝ sensus cois sit vn⁹. Et arguit̄ ꝙ non q2 ipole videt̄ ꝙ vn⁹ sẽsus simul iudicet de diuersis sẽsibilib⁹ ⁊ ꝯ̄rijs: sȝ sẽsus cõis simul iudicat de diuersis sensibilib⁹ ⁊ contrarijs. igr̄ sensus cois nõ est vnus sensus. maiorẽ ꝓbat. q2 ipole est ideȝ ⁊ indiuisibile moueri motibus diuersis ⁊ ꝯ̄rijs. igr̄ ideȝ sensus nõ põt moueri a sensibilib⁹ ꝯ̄rijs ⁊ diuersis. Hoc argumentum soluit ph̄s ⁊ dicit ꝙ sẽsus cois ẽ vnus ⁊ indiuisibilis. est tñ ſm esse diuersus ⁊ quodãmõ diuisibilis. Cõtra hãc solutionem arguit ph̄s q2 lȝ indiuisibile possit h̄re i potẽtia ꝯ̄ria nõ tñ põt simul h̄re ꝯ̄ria ſȝ actũ. Soluit ꝙ sic pũct⁹ ẽ q̄dãmõ vn⁹ ⁊ q̄dãmõ duo ſȝ se accept⁹ ẽ vn⁹. sȝ ſȝ ꝙ ẽ finis vni⁹ ꝑtis ⁊ ꝑ̄ncipium alteri⁹ ẽ quodãmõ duo. silr̄ ẽ de sẽsu cõi.

Conclusio vñsalis. Preter sensus particulares est ponendus sẽsus communis ab eis formaliter ⁊ entitatiue distinctus. hec conclusio patet ex dictis.

Primo dubitat̄. Utruȝ opinio ⁊ fantasia sint idẽ. Ad soluendũ hoc dubiuȝ est supponẽdũ ꝙ Ari. in hoc 2⁹. capitulo siue 2ª parte deťminat de sensib⁹ interioribus: ⁊ diuidit̄ in sex ꝑticulas. In ꝑ̄ma tãgit opinionem antiquoꝝ cuȝ eius ꝓbatione ⁊ est hec. Antiqui ponebant maxime duas drias anime. s. motiuũ ſm locũ ⁊ alterũ

qđ ē cognitiuū eꝰ actꝰ sūt itelligere ꝛ sētire. iō non
distinguebant iter sentire ꝛ intelligere. hanc ꝓbat
duabꝰ rōnibꝰ ꝛ duabꝰ auctātibꝰ. ¶ Pꝛia rō. sen
sus cogſcit. itellectꝰ cogſcit. ḡ itellectꝰ ē sēsus. pꝛi
ma auctoritas est empedoclis dicentis ꝙ volun
tas ad pn̄s augetur i hoībus ꝛ in alijs aīalibus q̄ ꝛ
eis sꝑ ꝑstat altera ꝛ altera sapere. zª est Homeri
dicentis. talis est intellectus in terrenis hoībꝰ qua
lem in die educit pr̄ veroꝝ deoꝝ. s. sol. oēs etiam
isti antiqui existimabāt intelligere fieri ꝑ organuꝫ
corporeum. iō dicebāt ipm subiacere īfluentijs ce
li. zª rō. simile silī cognoscitur. sꝫ aīa cognoscit oīa
corpora. igit̄ est cōposita ex oībus corporibus. ꝛ ꝑ
ꝯn̄s potentia intellectiua erit organica sicut sensi
tiua ꝛ sic inter ea non erit dr̄ia. ¶ zª ꝯ. tangit hꝫ
reprobationem ꝛ intendit qnqꝫ rōnes. ꝑma rō. qꝛ
hec ꝯ. est insufficiēs eo ꝙ ōndit cām scie ꝛ cognitio
nis ꝛ nō cām ignorātie ꝛ deceptiōis q̄ tn̄ in pluribꝰ
est. In maiori. n. tꝑe aīa est in ignorantia q̄ꝫ i scia.
zª qꝛ ꝭm eos oꝫ dicere oīa eē ṽa q̄ videntur. 3ª rō
qꝛ ꝭm eos oꝫ dicere ꝙ deceptio causetur ex con
tactu dissimil' sicut scia ex cōtactu simil'. Hoc aūt
est falsum cū eadē deceptio ꝛ scia sit ꝯrioꝝ ꝛ dissi
milium. 4ª rō. illa distinguntur q̄ pn̄t adinuicē se
parari. sꝫ intelligere ꝛ sētire pn̄t adinuicem separi
nā sensus est i oībꝰ aīalibus. itellectꝰ ē tm̄ i hoībꝰ
5ª rō. ꝯtigit itelligē recte ꝛ n̄ recte. sēsus aūt respe
ctu verorum ꝛ ꝓꝑoꝝ sensibiliū sꝑ verꝰ ē. In secū
da ꝑticula ponit dr̄iam iter fātasiā ꝛ opinionē ꝛ in
tendit talē ꝯclusionē. fantasia nō ē opinio. probat
tribꝰ rōnibꝰ. ꝑma. in nobis est fantasiari cuꝫ volu
mus eo ꝙ possumꝰ ante oculos nr̄os fingere ido
lum. sꝫ i nobis nō est opinari cū volumꝰ sꝫ cū aliq̄
rōne ꝓbabili. iō ħ mō qlibet opinatur cū vult cum
opinio fiat cōcedēdo verū vel falsū. zª rō. ad opi
nionē terribilis aut dlectabilis mouemur ꝓseq̄n
do vl' fugiendo. fantasia aūt hoc mō nihil nos mo
uet. sꝫ hēmꝰ nos in ꝯsideratiōe fantasmatū. ac si so
lū viderem idolū rei. 3ª rō. opinio pōt eē itellectu
alis. cū scia prudētia ꝛ opinio sint dr̄ie intellectua
lis ꝯsiderationis. Fantasia aūt ad itellectū nullo
mō ꝑtinet. Ex his infert ꝙ fantasia differt ab opi
nione. differt etiā ab itellectu. zº īfert ꝙ itelligere
nō est rē sentire sēsu exteriori ꝛ interiori q dr̄ fan
tasia. In tertia ꝑticula ponit dr̄iam inter fātasiaꝫ
ꝛ sensū ꝛ itēdit duas ꝯclusiones. ¶ Pꝛima. tangit
vnā suppositionē ꝛ ē hec. si fātasia ē ṽtus seu potē
tia aīe ꝭm quā i nobis fit aliqđ fātasma tūc ē vna
de his potētijs aut hītibus qbus discernimꝰ verū
a falso. iō videtur ꝯuenire cū sensu cū opinione cū
scia ꝛ cū intellectu. ¶ zª ꝯ. fantasia nō ē sēsus. ꝑ
bat q̄ttuor rōnibus. ꝑma. qꝛ vl' est sensus i actu ꝛ ħ
nō. qꝛ ille nō iest dormiētibus qbus tn̄ inest fanta
sia. nec sensus i potentia. qꝛ iest oībus aīalibus. fan
tasia. n. non iest oībꝰ aīalibus. vt pꝫ de aīalibus im
ꝑfectis. secūda rō. sēsus semꝑ ē verus. fātasia plu
ries errat. ergo. tertia rō. cū sēsitiuꝰ aliqđ n̄ dicimꝰ
ꝙ vr̄ nobis ħ vl' appet. sꝫ fiducial'r asserimꝰ. cum
aūt fātasiamꝰ dicimus ꝙ appet nobis sic eē. q̄rta
rō. fantastice visiōes appent dormiētibus in qbus
non fiunt alique sensationes.

Secundo dubitatur. Utꝝ fātasia sit itelle
ctus aut scia. Ad soluēdū ħ. du
biū ē supponēdū ꝙ Ari. i q̄rta ꝑticula ꝯparat fan
tasiā ad itellectū. ꝛ itēdit duas ꝯclusiōes. ¶ Pꝛia
fantasia nō ē itellectus nec scia. ꝓbat qꝛ itellectus
ꝛ scia sꝑ sūt veroꝝ. fātasia aūt sepe ē falsoꝝ. ¶ zª
ꝯ. fantasia n̄ ē aliqđ cōpositū ex sēsu ꝛ opiniōe. ꝑ
bat duabꝰ rōnibꝰ. pꝛima. eadē apparētia fātastica
nō sūt simul ṽa ꝛ falsa. sꝫ de eodē obō hēmꝰ appa
rētiam sensus falsā. ꝛ opinionē ṽaꝫ. vt pꝫ de q̄ti
tate solis. igitur. zª rō. sequeretur ꝙ eadē opinio
sit eēt ṽa ꝛ falsa. ꝛ ꝙ opinio mutaretur sine muta
tione rei aut ipius opinantis qđ est ipoı̄e. In q̄nta
ꝑticula diffinit fantasiā ꝛ itendit tres cōclusiones.
¶ Pꝛima tāgit quattuor suppōnes. ꝑma. in oībꝰ
q̄ sic se hn̄t ad formam ꝙ aliqđ ē motū ad formaꝫ
ꝑmi mouentis nece ē ꝙ ipm motū moueat aliud
sic etiaꝫ sensus tactus ꝭm actū necio mouet aliud
ꝯn̄s ipm. zª. fantasia ē qdā motꝰ. tertia. fātasia nun
q̄ꝫ ē sine sensu ꝛ est i eodē subō i quo ē sēsus. quar
ta. motus fantasie fit a sensu ꝭm actū. ¶ zª ꝯ. tan
git diffinitionē fātasie quā ꝯcludit ex dictis. fan
tasia est motꝰ a sensu facto ꝭm actū. ¶ 3ª tāgit du
as ꝓꝑetates eiꝰ. ꝑma. ꝯtingit aīalibꝰ multa opari
ꝛ pati ꝭm fantasiam. zª. ꝯtingit eā verā vl' falsam
eē. ꝓbat qꝛ lꝫ sensus respcū ꝓꝑoꝝ sensibilium sit
sꝑ verꝰ tn̄ ꝯtingit sensum mentiri i cognoscēdo sē
sibile p'accn̄s. Ex his isert diffinitionē fātasie ꝓus
positā. In sexta ꝑticula ōndit qđ nois fantasie. ꝛ tā
git duas alias ꝓꝑetates fantasie. ꝑma. fantasia ac
cipit nomē ab ipō lumie. ꝓbat dupl'r. qꝛ visus est
maxie sensus. zº qꝛ fanes grece idē est qđ videre
latine. mō nō ꝯtingit videre sine lumie. zª qꝛ fan
tasie manent i absentia sensibiliū ꝛ similes sūt sē
sibilibꝰ. iō aīalia multa opantur ꝭm fantasiaꝫ. alia
qꝛ nō hn̄t itellectū vt bestie. alia ṽo ex velamēto
intellectus. aut ex passione. aut ex egritudine. aut

in sono vt hoies. 2nr recapitulat ea q dicta sūt.

**Tertio** dubitatur. Quot sūt sensus iteriores. Ad qd breuiter rñdetur qꝫ sūt qnqꝫ. Primus est sensus cōis ⁊ ē i anteriori pte cerebri q ps est medullosa ⁊ humida. ⁊ illa est eius organū ⁊ ei⁹ actus ē cognoscere oba pticulariū sensibiliū ⁊ cognoscere sēsibilia tā cōia qꝫ ppa in eoꝝ absentia. 2⁹ est virtus imaginatiua. ⁊ ei⁹ organuꝫ ē post organū sensus cois. ⁊ ɔsistit i mag duritie ⁊ frigiditate cerebri. ⁊ eius actus est reseruare formas rei sensibilis in absentia rei. 3⁹ est existimatiua cui⁹ organuꝫ ē in media pte cerebri q ē calida pp motū multoꝝ spirituū. cui⁹ act⁹ ē elicere spēs nō sensatas a spēbus sensatis sub rōne boni psequēdi vel mali fugiēdi. 4⁹ est potētia memoratia cui⁹ organū est in posteriori pte cerebri. ⁊ ei⁹ act⁹ est reseruare spēs sensibiliū i absentia sensibil. 5⁹ ē fantasia cui⁹ organū ē i medio cerebri. ⁊ ei⁹ act⁹ ē oponere ⁊ diuidere spēs reseruatas in memoria.

**Ad rationes** aū oppo^m. Ad pmaꝫ dr qꝫ actiōes sensibiliū pticulariū non sūt qlitates sensibiles ad istū sensuꝫ qꝫ sint qlitates sēsu exteriori pceptibiles. sūt tñ qlitates sensibiles ad istū sensū qꝫ sūt qlitates aliq sensu pceptibiles. ℂ Ad secūdā dr qꝫ sensus cois p eūdē actum ⁊ in eodē istāti tpis ponit drīam iter oba diuersoꝝ sensuū. ille tñ act⁹ vtualr cōtinet duos actus pcedētes p quos distincte cognita sūt illa obiecta. ℂ Ad tertiā dr qꝫ sēsus cois pcipit sēsibilia coia ⁊ hꝫ vnū obm ⁊ vnum organum. vt supra visum est. Et hec de secundo libro de anima.



Circa tertiū librū de aia. qrit pmo vtꝝ intellectus agēs sit potentia aie ab intellectu possibili ⁊ ex nā rei ⁊ formalr distincta. ℂ Arguit p qꝫ distinguantur realr. q2 intellectus agēs ē pstantior ⁊ nobilior itellectu possibili. igr distinguitur realr ab itellectu possibili. tꝫ ɔña q2 idē nō ē pstātius ⁊ nobilius se ipo. ℂ Arguitur 2⁹ sic. intellect⁹ agēs est corruptibilis. itellect⁹ possibilis ē corruptibilis. igr distinguntur realr. aūs pꝫ p Ari. dicentē. hgdem ipole est. passiuus vo itellcūs corruptibilis ⁊ sine hoc nihil intelligit. ℂ Arguitur 3⁹ sic. qꝫ nō distinguantur ex nā rei ⁊ formalr. q2 non ē ponēda pluralitas sine necītate. sꝫ nō est necesse ponere distinctionem formalē ⁊ ex nā rei inter intellectū agētē ⁊ possibilē vt posset pbari defendēdo oppositum Et cōfirmatur auctoritate augustini dicentis qꝫ itellectus ⁊ volūtas non sunt plures aie sed vna aia. ⁊ non sūt plures mētes sꝫ vna mēs. ⁊ nō sunt plures sbe sed vna sba. ℂ In oppositum ē auctoritas philosophi in littera.

**Primo** sciendū est qꝫ p solutiōe qōnis sūt soluende quattuor difficultates ℂ Prima ē de entitate ipi⁹ intellectus agentis ⁊ possibilis. vtꝝ. s. sit eadē entitas aut pres. p solutione hui⁹ difficultatis ponitur tal suppō. aia hꝫ duplicē cālitatē respectu sui actus. s. cālitatē efficientis. effectiue. n. pducit actū. hꝫ etiā cālitatē cause mālis recipiētis. subiectiue. n. recipit suuꝫ actuꝫ. 2^a suppō. ipole est idem sub eadē rōne formali eē pn^m effectiue pductiuū alicuius ⁊ subiue receptiuum eiusdē. Ex h sequr qꝫ aia p distinctas rōnes formales ē pn^m pductiuū sui actus ⁊ receptiuuꝫ eiusdē. Ex his ponūtur qttuor dicta. pmū. in eēntia aie sūt ponende due rōnes formales siue due formalitates quaꝝ vna ē itellectus agens. alia vo itellect⁹ polis. ⁊ p vnā ē pncipiū pductiuū sui actus. s. p itellectū agētē. ⁊ p aliā ē pn^m receptiuum sui act⁹. s. p intellectū possibilē. 2^m dictū. iste due formalitates nō distingūtur ab aia nec a se iuicē realr aut eēntialr. pꝫ q2 nō ē ponēda plalitas sine necītate. 3^m dcm. isti duo itellect⁹ distiguūt ex nā rei. pꝫ q2 qcūqꝫ operatiōe itellect⁹ seclusa distigūtur. igr distinguūtur ex nā rei. aūs pꝫ q2 seclusa qcūqꝫ opatiōe intellect⁹ vn⁹ eoꝝ ē rō pductiua ipius act⁹. ⁊ ali⁹ ē rō receptiua illi⁹ act⁹. 4^m dictuꝫ: isti duo intellect⁹ distiguūtur formalr. pꝫ q2 sunt due rōnes formales qb⁹ attribuūtur pdicata formalr distincta. igr distigunt formalr. aūs pꝫ. q2 intellect⁹ agens dꝫ agere ⁊ intellect⁹ possibilis pati ℂ 2^a di. vtꝝ intellect⁹ agēs ⁊ itellect⁹ possibilis sint disticte potētie imediate. eēntiam aie pficientes. Ad quā rñdetur p qꝫ intellect⁹ agēs ⁊ itellect⁹ possibilis sūt potētie aie ex nā rei ⁊ formalr distincte. pꝫ q2 potētia actia ⁊ passiua sūt potētie ex nā rei. ⁊ formalr disticte. sꝫ itellect⁹ agēs ē po^a actia ⁊ intellect⁹ possibil ē potētia passiua. igr. 2⁹ q2 hnt actus distinctos. igr sūt potentie disticte. 2^m dcm. vna illaꝝ nō pficit aliā. pꝫ q2 in nālibus pficiēs realr distinguitur a pficibili. sed intellectus agens

